

**SERIES CRITICO-
CHRONOLOGICA
EPISCOPORUM
CREMONENSIVM,
SUB AUSPICIIS...**

Enrico Sanclemente, Ernesta Bisi
Legnani, Sante Legnani



2. 2. 166



3-16
2
166

SERIES
 CRITICO-CHRONOLOGICA
 EPISCOPORVM CREMONENSIVM
 SVB AVSPICIIS
 PRAESTANTISSIMI ANTISTITIS
HOMOBONI OFFREDI
 EX AVTHENTICIS MONVMENTIS
 AVCTA ET EMENDATA
 SVAEQVE INTEGRITATI
 MAXIMA EX PARTE RESTITVTA
 A V C T O R E
 HENRICO SANCLEMENTIO

CREMONÆ

APVD JOSEPHVM FERABOLI

MDCCCXIV.

HOMOBONO OFFREDI
 EPISCOPO CREMONENSI
 COMITI ET SS. D. N. PAPAE
 PRAELATO DOMESTICO
 AC PONTIFICIO SOLIO ASSISTENTI

QVI
 IN AVITO VIRTUTVM SPLENDORE
 EXIMII OLIM ANTISTITIS
 SPECTATISSIMAE SVAE FAMILIAE
 OFFREDI DE OFFREDIS
 DVM ILLE SEXCENTESIMO PROPE
 ABHINC ANNO HANC IPSAM
 CREMONENSEM ECCLESIAM
 SANCTISSIME REXIT
 PREMENS VESTIGIA
 IN SVMMO DIGNITATIS GRADV
 MIRA AFFABILITATE ANIMIQVE CANDORE
 IVSTITIA AC BENEFICENTIA
 VNIVERSI CLERI GREGISQVE SVI AMOREM
 SIBI CONCILIAT
 PIETATE VERO ET ZELO ANIMARVM
 QVIBVS PRAECLARIS DOTIBVS

ETIAM ANTE EPISCOPATVM
IN PAROCHIALI OFFICIO
PER PLVRIMOS ANNOS
INTEGRE FIDELITERQVE EXERCENDO
NON SINE MAXIMO FRVCTV
SVO MVNERI CVMVLATE
SATISFECIT
MODO VERO IN ECCLESIAE SVAE
FASTIGIO CONSTITVTVS
PASTORALIS SOLLICITVDINIS ET VIGILANTIAE
CLARIORA QVOQVE PRAEBET EXEMPLA
AD PVRIORES MORES FOVENDOS
ET AD STVDIA VIRO ECCLESIASTICO DIGNA
EXCOLENDA
AMPLISS. SEMINARIVM
SALVBERRIMIS LEGIBVS COMMVNITVM
IN FLORENTI STATV
CONSERVAT ET PROTEGIT
NVLLAE DEMVM SVNT EPISCOPALIS
MINISTERII SVI PARTES
QVIBVS ILLE OMNI CVRA ET DILIGENTIA
PRO REI STATV ET GRAVITATE
NON CONSVLAT ATQVE PROVIDEAT
HANC AVTEM EPISCOPALIVM VIRTVTVM
LAUDEM SPLENDOREMQVE
MIRIFICE COMPLET ATQVE ILLVSTRAT

(1)

1

S E R I E S
CRITICO-CHRONOLOGICA
EPISCOPORVM CREMONENSIVM

M^{AN}U

SINGVLARIS MVNIFICENTIA
QVA
PRAECLARISSIMVS PRAESVL DOMVM
AD EPISCOPII ET PATRIAIE ORNAMENTVM
INGENTI SVO SVMPTV
A FVNDAMENTIS EXTRVENDAM
ET AMPLIFICANDAM ORNANDAMQVE SVSCÉPIT
ET MAIORI IAM EX PARTE PERFECIT
IN QVA PRAECIPVO SIBI DECORI DVXIT
PRAEDECESSORVM SVORVM SERIEM
CVM IMAGINIBVS
EMENDATAM RESTITVTAMQVE EXHIBERE
QVOD OPVS PROPTEREA
EO IVBENTE SVSCEPTVM
AC PRO VIRIBVS ABSOLVTVM
AVCTOR
EIDEM LIBENS MERITO
HONORIS ET OBSEQVII CAVSA
DEDICAT CONSECRATQVE

2
2



HOMOBONUS OFFREDUS EPISCOPUS CREMONAE.
CREATUS AN. MDCCXCI DIE XXVI SEPT.
AETATIS SUÆ XLI.

*MONITVM**CANDIDO LECTORI*

Nihil opus est præfari, cum hoc breve opusculum per se doceat quid præstiterim in hac texenda Serie chronologica Episcoporum Cremonesium. In ea enim mihi unice injunctum, propositumque fuit, ut initium, exitumque cu-jusque Episcopi, quorum in tanta saeculorum vetustate, temporumque vicissitudine, superest memoria, quantum fieri possit, diligentius inquirerem, ac definirem. Nam qui me præcesserunt, de laudibus, et splendore Ecclesiæ nostræ, de Templis ex Majorum nostrorum pietate, et munificentia erædis, de sacris Lipsanis, quæ in iisdem asservantur, de Episcopis, qui hanc ipsam Ecclesiam mirifice illustrarunt, de singulis denique partibus, quæ ad ipsorum historiam, eorumque præclara vitæ gesta pertinent, copiose jam a nostris Auditoribus posteriorum memoriæ commendata habemus. Unum superesse videbatur, ut de eorumdem Antistitutum ad Episcopatum ingressu, ac de ipsorum ad Superos transitu aliquid accuratius proferri non omilteretur. Præsertim vero cum ultimis hisce temporibus nostri quidam Scriptores dum Episcoporum Seriem augendam, ornandamque putarunt, eam falsis, et apocryphis monumentis inconsulto con-

taminaverint, ac præclaros etiam viros in errorem pertraxerint. In hisce itaque detergendas nævis labor noster potissimum versabitur, ut sacri Episcoporum, et hujus Ecclesiæ Fasti suæ integritati restituantur.

Duo sunt, quæ innuere non erit abs re. Primo me nihil attulisse, quod certis probatio-nibus, vel authenticis monumentis confirmare non curaverim. Secundo, ubi mihi necesse fuit, quod sæpe accidit, ut a nostris Auditoribus dis-sentire debuerim, eorumque opiniones refellere, et emendare, id unice fecisse in veritatis obse-quium, quin eorum optimæ famæ, atque existi-mationi quidquam detrañtum voluerim. In quo vero ipse erraverim, et a recta norma deflexerim, si corrigas, atque emendes, rem mihi non ingratam te scito, Candide Leñor, esse fañurum. Gratulor autem ego met mihi, et gaudeo, quod in extrema hac meæ vitæ ætate ad patrios lares re-versus, in ea scribendi aliquid sese occasio obtule-rit, quod, qualecumque illud sit, perenne, et con-stans amoris mei, gratique animi erga Patriam, civesque meos testimonium exhibere possit.

Atque hæc scribebam anno Aeræ vulgaris MDCCCXIV., ætatis meæ LXXXI. exeuntis, in domo Ghisia, in qua me acceptissimo frui con-tubernio Cl. Viri doctrina, et virtute Ornatissimi Cæsarisi Ghisii Canonici, et Cimeliarchæ Ecclesiæ Cathedralis ultro profiteor, ac præ me fero.

SERIES CRIT. CHRONOLOGICA EPISCOPORVM ECCLESIE CREMONENSIS EX DIPTYCHA RVBEI, JVSSV SPECTATISSIMI ANTISTITIS CÆSARIS SPECIANI EDITA ANNO MDLIX., TVM EX VHELLIO, ZACHARIA, BONAFOSSA IN SVO MS., ALIISQVE CHRONOGRAPHIS NOSTRIS, ADIECTIS NOTIS, ET EMENDATIONIBVS PRO VT RES POSTVLARE VIDEBATVR.

I.

SABINVS circa An. D. LV., a quo traditur nominata Ecclesia
S. Savioi.

II.

FELIX circa An. Salutis LXXXVI., a quo fertur dicta Ecclesia
S. Felicis.

III.

GORGONIVS, a quo locus S. Gorgonii, corrupte modo
S. Grigoni.

IV.

MARINVS, a quo Ecclesia S. Marioi, quæ adhuc extat.

V.

SIMPLICIANVS, cuius sacra Lypsana in Cathedrali Ecclesia
servantur.

VI.

BABYLAS, cuius sacrum corpus in eadem Cathedrali Ecclesia
veneratur.

VII.

MATERNVS, quo decedente persecutionem Gentilium diu
exarsisse traditur.

I

VIII.

CASSIANVS, qui post diurnam persecutionis procellam in
hac Sede Cremon. successisse fertur.

IX.

SIXTVS, qui verisimiliter loco Suburbano, qui appellatur
Sesto, nomen dederit.

X.

FLORIANVS, a quo locus S. Floriani nominatus fuisse
traditur.

NOTAE

Hosce decem primos, quos potius quam veri nominis Episcopos, Subsidiarios Presbyteros appellaveris, cum cura tamen, et munere Episcopali, in Diptycha Rubei prætermisso, a cæteris vero fere omnibus Auctoribus nostris, aliisque etiam recensitos hic præmittendos duxi, quod ex antiqua Patriæ traditione, in locis præsertim Suburbanis pro administranda Ecclesia Cremonensi, primis tribus a Christi Domini Nativitate Sæculis suam operam sancte, fideliterque præstiterint.

XI.

STEPHANVS Romanus, qui a S. Silvestro Papa missus fertur
anno Dñi CCCXX., vita functus An. CCCXLII.

NOTAE

Primus iste in Diptycha Rubei hisce verbis describitur: *Stephanus Romanus anno CCCXX., quo anno fuit celebratum Concilium Nicaenum, Episcopus missus fuit Cremonam &c.* Cl. Rubeum in ipso limine haesisse, & in eundem errorem cæteros omnes ad Bonafossam usque pertraxisse dissimulare non debo. Nihil enim magis testatum in Ecclesiæ Fastis, quam quod Nicaenum Concilium habitum fuerit anno Sa-

litis CCCXXV. Paulino, et Juliano Coss. Cl. vero Bonafossa postremus, non modo non detersit hunc chronologiae lapsum, sed alium insuper errorem addidit scribens in cit. MS. de Episcop. Cremon. pag. 6., et seq. *— verosimilius sibi videri post Constantini Edictum in Mediolanensi Vrbe vulgatum An. CCCXII., vel CCCXIII. a Silvestro ordinatum fuisse primum Cremonæ Episcopum Stephanum Romanum.* Atqui toto anno CCCXIII. adhuc in vivis erat Melchiades Papa, neque S. Silvester electus fuit, cathedralisque Petri ascendit, nisi anno CCCXIV. Quantum ergo mihi caute incedere oporteat in hac texenda Episcoporum serie vides, erudite Lector. Quæ de Stephani electionis anno, ejusque dormitionis tempore afferuntur in Diptycha Rubei, unius ipsius fide, et testimonio nituntur.

XII.

SYRINVS Græcus successor Anno CCCXLII., in annum usque CCCLXXX.

NOTÆ

Hæc ex laudata Rubei Diptycha proficiscuntur, a quo unico fonte caeteri omnes hauserunt, quin ullum monumentum afferre potuerint. Obiter hic animadvertam Rubeum falso ibidem asseruisse, Anno CCCXLVII. ab Arianis habitum fuisse Concilium Mediolani. Duplex enim in ea Metropolitana Vrbe habita fuit Synodus. Prima ex Catholicis congregata anno suprascripto CCCXLVII. Altera vero Anno CCCLV. Arianorum, qui damnationem Athanasii cum ea Photini conjunxerant. Vide Crit. Pagii sub utroque anno.

XIII.

AVDERIVS Græcus Episcopus electus dicitur circa Annum CCCLXXX., obiisse An. CCCXCI.

XIV.

CONRADVS Cremonensis electus Anno CCCXCI., vita functus
An. CCCCCVII.

XV.

VINCENTIVS Papiensis electus Anno CCCCCVII., decessit
An. CCCCCXXII.

NOTAE

Caremus pariter de hisce tribus Episcopis omni monumentorum genere, atque unius Blasii Rubei fide niti cogimur. Vincentius, quem sub Num. XV. attulimus, a Cl. Bonafossa de sua sedē dejicitur, et post Sysinium recensetur, sed nullo probabili fundamento, ut mox probabimus.

XVI.

S. SYSINIUS, sive SYRINIUS electus Anno CCCCCXXII. Ab Arianis palmarum martyrii obtinuisse fertur Anno CCCCLII. aut præcedenti in Diptycha.

NOTAE

Quid de anno emortuali S. Sysinii, utrum nempe anno CCCCLII., vel præcedenti statuendus sit, paulo infra dicemus sub Joanne Successore. Censem Cl. Bonafossa ob Arianos repressos, atque initam a Ghotis cum Honorio pacem, Sysinii Episcopatum non ultra annum CCCCXV. protrahendum esse. Sed non ita se res habet. Constat enim Arianos diurnius multo, quam putat egregius Vir, vexasse Catholicas quasque Orbis universi Ecclesias, easque etiam Galliæ, et Italiæ, ut notat ipse Rubeus, notantque Fasti Ecclesiastici. Illud potius non injuria in dubium revocari posse videtur, quod de Sysinii Martyrio a laudato Rubeo, cæterisque Auctoriibus nostris asseritur. Nemo enim ignorat quanta antiquitus una-

quæque peculiaris Ecclesia cura, et diligentia res gestas, et nomina Sanctorum suorum, præsertim vero Martyrum notare, atque in Necrologiis suis, tabulisque Diptychis servare consueverit; cum tamen ipse Rubeus fateri debuerit de Sysinio \equiv licet nec quo in loco martyrio affectus fuerit, nec ubi reliquiae ejus corporis requiescant temporum injuria perspectum habeamus. \equiv

XVII.

JOANNES Romanus electus anno CCCCLII. vel præcedenti, decessisse traditur Anno CCCCXCI.

NOTÆ

Evidem si standum sit fidei Ripamontii, qui in Historia Mediolanen. pag. 423. refert aucta Synodi Mediolanensis habitæ ab Eusebio Archiep. jussu S. Leonis Papæ I., statuendum foret eandem anno CCCCLI. congregatam fuisse, cui quidem interfuit Joannes Episcopus, ideoque emendandus foret Rubeus, qui subsequentem annum statuit. Sed animadverendum est Harduinum etiam, Tomo primo Concil. pag. 1780. eam Synodum in an. CCCCLII. rejecisse, quod ignoravit laud. Bonafossa. Idem tamen ea subjungit, quæ merito expendenda. Scribit enim in suo MS. Episcoporum pag. 8. *Cum Episcopi in Conciliis sedere, et iisdem se subscribere soleverent semper juxta ordinem temporis, quo erant Episcopatum adepti, Joannis vero subscriptio præcedat subscriptiones quatuor Episcoporum, qui ordine fuerunt ejus Synodi postremi, ex hoc sequi Joannem longe ante assertum a Scriptoribus nostris annum CCCCLII. hanc Episcopalem Sedem obtinuisse, ideoque verisimile esse electum fuisse anno CCCCXXX.* Sed ut pateat canonem, quem hoc loco statuit egregius Bo-

nafossa, statuunt alii viri docti, præeunte Baronio adhuc in incerto versari, nec re ipsa locum habuisse in Joanne Episcopo, de quo sermo est, hoc loco afferam exemplum, quod ad id quod quærimus definiendum præ cæteris aptissimum judico. Neque recedam ab Actis ipsis Synodi Mediolanensis. Majorianus Placentinus Episcopus inter Patres ejus Synodi, qui fuere numero septemdecim, sedit loco tertio, ut videri potest apud Ripamontium citat. supra, qui singulorum subscriptiones nobis servavit. Idem porro Majorianus in Catalogo Episcoporum Ecclesiae Placentinae apud Vghellum Venetæ editionis Coleti pag. 197., electus scribitur Anno CCCCLI. Igitur in ea Synodo Mediolanensi se subscrispsit omnium postremus, quamvis inter tres primos Episcopos locum tertium, sedemque obtinuerit. Non igitur subscriptiones Episcoporum tum factas fuisse concedendum est juxta ordinem, quo quisque Episcopus electus fuerat. Sunt autem tredecim ex ipsis, qui Majorianum in subscribendo antecedere, non autem subsequi debuissent ex canone Bonafossæ præicto.

Animadvertisendum tamen, quod Ripamontius in Histor. Mediolanen. pag. 423. referens Acta hujus Synodi loco *Majoriani Episcopi*, *Florianum* Episcopum refert, qui illi Synodo interfuerit. Verum Coletus cit. superius loco, nempe Tomo II. Vghellii in Episcopis Placentinis pag. 198. in subiecta ad calcem nota affirmat: *errasse Ripamontium, dum scribit Florianum interfuisse Mediolanensi Concilio ab Eusebio habitu anno CCCCLI.*, et revera *Epistolæ ejusdem Concilii ad Leonem Papam relatae ab Harduino Concil. Tomo I.* pag. 1780. *subscribit non Florianus, sed ejus Successor Majorianus*. Evidem majorem sibi fidem conciliare debent

Epistolæ Synodi ad Leonem Papam scriptæ; sed quo ad quæstionem, de qua agitur, in idem recidit, etiamsi loco Majoriani, Florianum substituamus. Ex actis enim constat B. Florianum Antistitem Placentinum electum fuisse an. CCCCXLIX. Itaque biennium, tantum, vel triennium intercessit ab ejus electione ad Synodum habitam Mediolani, cum autem, ut dictum est, post Sedem tertiam, qua substituatur Florianus, Episcopi XIII. se subscrississe dicendi sint, intelligi haud posse fatearis oportet, quod singuli post Florianum electi fuerint,
ex canone Cl. Bonafossæ.

Omittere non debeo hoc alterum breviter exemplum innuere, quod Joannem nostrum complectitur ex ejusdem Synodi actis. Ad Coelites abeunte S. Agapito Episcopo Novariensi die X. mensis Septembris post annos XXX. a die suæ electionis, quæ facta fuerat anno CCCCXVII., bini alii Episcopi eidem successere, tum tertio loco *Simplicius ex Vghellio* in Episcopis Novariensibus, atque hic est, qui Synodo Mediolanensi sub Eusebio interfuit. Simplicius autem immediate præcedit Joannem nostrum Episcopum Cremonensem in ejus Synodi subscriptionibus loco XII. Ex his itaque sequitur profecto ab obitu S. Agapiti quadriennium, vel quinquennium tantum superesse, ab anno silicet CCCCXLVII. ad annum memoratæ Synodi Mediolanensis, quo dandus locus duobus Episcopis ante Simplicium Novariensem, qui eidem Synodo interfuit, denique Joanni nostro Episcopo Cremonensi, qui Simplicii successor extitit. Quomodo igitur, ne plura commemorem admitti potest Joannem nostrum *verisimiliter electum fuisse anno CCCCXXX. ex Bonafossæ calculis*, quomodo sustineas canonem ipsius Bonafossæ de ordine subscriptionum, qui

servatus fuerit in Synodo, de qua haec tenus dictum est? Concludendum itaque, vel Acta apud Vghellium, cæterosque Auctores citatos falsa, & depravata censenda esse, vel Cl. Bonafossæ minime assentiendum. Ac propterea hactenus retinendum esse ordinem trium Episcoporum, Vincentii, S. Sinii, & Joannis, quem Cl. Vir immutandum censuit, neque demum de eorumdem electionis tempore, vel die emortuali ipsorum quidquam hactenus immutandum. Vnica autem, quod fieri oportere puto ob ea, quæ jam probata sunt de errore Ripamontii, quo ad nomen Floriani, quem confirmat Campius scribens Florianum obiisse die primo Januarii anni CCCCLI., ante quam propterea Synodus Mediolanensis habetur; tum de anno CCCCLII., quo Harduinus, et Rubeus statuunt habitam fuisse Synodum Mediolanensem, in suspenso relinquere, quis ex duobus suprascriptis annis sit præferendus. Quod alibi in hoc ipso Libro, non semel fieri debuisse invenies, tum in aliis Exterorum Catalogis ob eorum antiquitatem, ex qua sæpe orta est diversitas opinionum in iis contexendis. Erravit Ripamontius in subscriptione Floriani pro ea Majoriani, non immerito igitur suspicari fas est cumdem lapsum esse in designando quoque anno ejus Synodi habitæ anno CCCCLI., loco subsequentis.

Adeodatus quidam nomine a Josepho Bresciano ponitur successor in Episcopatu Cremonensi ex Chinello de Summis, atque ex Historia Pauli Zignanni, quorum MS. jamdiu deperdita fuisse feruntur. Cum autem hujusmodi fontes, Bresciani præsertim, suspectæ fidei merito habeantur, ut infra pluribus in locis constabit, de hoc Adeodato insuper nulla habeatur mentio in Diptycha Rubei, nulla apud Vghellium,

aliosque probatos Au^ttores, cumdem propterea ab hoc Cata-
logo expungendum censeo, ut factum etiam ab Arisio, et
Zacharia. Nec audiendus Cl. Bonafossa, qui ad implendam
lacunam, quam ex sua sede, et ordine immerito, ut vidi-
mus, dejectis tribus superioribus Episcopis fecerat, hunc
Adeodatum, subdubitanter tamen, admittendum proponit
pag. VIII.

XVIII.

EVSTASIVS, vel EVSTACHIVS Græcus Joanni suffectus
dicitur anno CCCCXCI., vita functus an. DXIII.

NOTÆ

Interfuit iste Concilio Romano habito sub Symmacho Papa
anno D., sive ut notat Coletus apud Vghell. anno sequentis
DI. Sribit Rubeus in Diptycha Eustasium quartæ, & sextæ
Synodo sub Simmacho interfuisse, ejusque rei memoriam re-
pertam fuisse in tribus Manuscriptis antiquissimis. Quod
equidem conciliari potest cum duobus annis, de quibus paulo
ante dictum est.

XIX.

CRYSOGONVS Sardus anno DXIII. electus. Obiit an. DXXXVII.

NOTÆ

Ab eodem in Vrbe institutas fuisse Paræcias narrat Rubeus in
sua Diptycha.

XX.

FELIX II. Cremonen. elect. an. DXXXVII., vita functus an.
DLXII.

XXI.

CREATVS Laudensis electus fertur an. DLXIII., vita fun-
ctus an. DXCIII., vel DXCIV.

XXII.

XYSTVS Mantuanus elect. an. DXCIV., decessit an. DCIX.

XXIII.

DESIDERIVS Mutinensis elect. an. DCIX., obiit an. DCX.

XXIV.

ANSELMVS Cremonensis electus traditur an. DCX., vita funditus ann. DCXXXVII.

NOTAE

Refert Brescianus in MS. Epitaph. lapidem positum in fundamentis Templi S. Luciae, cum illud ædificari coepit est anno DCXXII. Tum addit in eodem lapide inscriptum legi annum DCXXIII., diemque XXVIII. Octobris, quo ab Anselmo Episcopo ea Ecclesia benedicta fuit. Vnum hic animadvertisam, plura vide sub Num. XXIX. Nulla ratione fieri potuisse, ut sepulto in fundamentis primo lapide ante annum, & aliquot menses, in eodem deinceps inscriberentur notæ temporis, quo eadem Ecclesia benedicta, & consecrata fuerit. Ab eodem Bresciano ex fide Summi, Fabagrossae, et Zignani in libro *Rose, e Viole* pag. 38. subnæctitur Anselmo Episcopus *Mauritius Piperarius*, de quo nulla mentio fit in cæteris Catalogis Episcoporum Cremonensium, et merito quidem. Nemo enim, qui in historia Ecclesiastica parumper sit versatus, ignorat, Familiarum cognomina nonnisi circa undecimum sæculum in usum recipi, et adhiberi coepisse. Iste autem Piperarius septimo Ecclesiæ sæculo a Bresciano inter Episcopos Cremonenses recensetur. Expungendus itaque e Catalogo, et nulla merito habenda fides memoratis supra Scriptoribus.

XXV.

EVSEBIUS Placentinus electus fertur an. DCXXXVII., vita
functus an. DCLXX.

NOTAE

A Bresciano asseritur in foribus Ecclesiæ S. Antonini extitisse lapidem, in quo legebatur Eusebium Episcopum illud ædificasse Templum anno DCLX. Joseph Brescianus vitam cum morte commutavit, ut a nostris Scriptoribus adnotatum lego, die XV. Martii anni MDCLXX. Tam brevi tempore, quod post illius mortem elapsum est nullum, neque in foribus Templi, neque alibi, ejus lapidis vestigium inventum est, atque hæc inscriptio, ut superior Anselmi, una fide, et Codice Bresciani nititur. Porro quod lapide isto modo careamus, ut fere de cæteris omnibus antiquis hujus generis monumentis a Josepho Bresciano memoratis dicendum, quanto sit detrimen-
to, quamque justam suspicandi materiam afferat nemo non videt, præsertim cum reliquæ inscriptiones in Ecclesia S. Antonini manserint, donec ea publico cultui exposita fuit, quas descriptas apud Vairanum invenies. Adde vero in hac ipsa Inscriptione mentionem fieri de Rodoaldo Rege Longobardorum, quo vivente ea Ecclesia ædificata dicitur. Nemo tamen ex vetustis Scriptoribus, aut Chronicis, Rodoaldi vitam protrahit ad annum DCLX., ut in Inscriptione legitur. Pagius vero in Critica Baronii ad annum DCLIX. Tom. III. pag. 31. ad num. IV. hæc habet: *Sigebertus in Chronico Rodoaldi Longobardorum Regis caudem recte retrahit in annum sexcentesimum quinquagesimum primum juxta ea, quæ de Rodoaldi Decessoribus diximus.* Ex fide igitur Sigiberti mors Rodoaldi incidit in annum DCLI. annis novem ante positam

inscriptionem, quæ a Bresciano assertur. Quæ ergo fides habenda huic Scriptori, præsertim cum Pagius affirmet recte caudem Rodoaldi. in eum annum a Sigeberto constitui? Selige alium annum cum Zacharia. Nemo tamen ponit annum DCLX., nec ipse Zacharias.

XXVI.

BERNARDVS Gallus elect. ante an. DCLXX. Obiit ante annum DCLXXIX.

NOTÆ

Hujus Episcopatum Rubeus profert usque in an. DCCIII., verum in subsequenti Desiderii Episcopatu constabit multo ante hoc tempus Bernardum vitam cum morte commutasse, nec annum integrum DCLXXIX. in exercendo pastorali munere explere potuisse.

XXVII.

DESIDERIVS II. electus ante an. DCLXXIX. vita functus ante an. DCCIII.

NOTÆ

Hunc omisit Rubeus in sua Diptycha. Hinc factum, ut plus æquo protraheret obitum Bernardi, qui eum præcesserat. Interfuit Desiderius Mediolanensi Synodo habitæ sub Mansueto Archiepiscopo, an. DCLXXIX. ex Ripamontio lib. IX. Hist. Eccl. Mediolan. pag. 451., ubi etiam narrat: peracta Synodo Mansuetum, et Episcopos ejus Synodi ex condicione Romam mox profectos sententiam suam in Lateranensi conventu aperuisse, eamque in Acta Concilii relatam fuisse. Numerus autem Episcoporum fuit XVI. cum eorum capite Archiepiscopo Mediolanensi, ut idem Ripamontius loco superius citato testatur. Ex his ergo patet error, in quem

- lapsus est Rubeus, de quo sub Bernardo diximus. De hujus Episcopi obitu nihil explorati habemus.

XXVIII.

ZENO Parmensis elect. fertur an. DCCIII., obiisse vero anno DCCXXXIII., vel ut placet Cl. Bonafosse an. DCCXXXIII.

NOTAE

Fuit iste Monachus Ordinis S. Benedicti. Nec ullum extat monumentum, quo certo utrumque extremum demonstrari possit.

XXIX.

S. SYLVINVS Cremonensis electus Episcopus an. DCCXXXIII., vita funetus an. DCCLXXVI.

NOTAE

Sub S. SYLVIINO Episcopo refert Joseph Brescianus inscriptionem, quam insculptam fuisse affirmat in petra posita in fundamentis turris majoris anno *Domini DCCLXV. regnante Stephano II. Summo Pontifice, & Aistulpho Longobardorum Rege, Indictione VII.* Non ne in hisce notis mendum cubat manifestum, ne dicam Auctoris plagium? Stephanus enim, qui dicitur Papa II., creatus fuit anno DCCLII., vixitque in Pontificatu annos V. Igitur discrimen est annorum octo, ex quo Stephanus II. Pontifex jam obierat. Aistulphum vero Regem iustum fulmine interfectum fuisse constat ex *Chronic.* Eusebii, aliorumque anno DCCLVIII. septennio ante positum lapidem in turris fundamento, denique anno DCCLXV. decurrebat indictio III., non VII., ut apud Bresciani lapidem legitur.

Miror autem Cl. Zachariam intactis relictis hujusmodi erroribus scribere potuisse: *Genuinam esse inscriptionem.* Vide

ejus Libr. de Episcop. Cremon. pag. 57., et seq. Evidem animadvertisit Cl. Bonafossa MS. sui de Episcop. Cremon. pag. 11. vitiatam esse Bresciani Inscriptionem, eique substituendam alteram ex monumentis Buschetti, apud quem in eodem lapide omittitur Indictio, nota vero temporis sic exhibetur ≡ Anno DCCLIV. ≡ Sed quæ fides habenda sit Buschetto non est hujus loci inquirere: de ea vero, quam sibi promereri possit Joseph Brescianus, ex hac epigraphe satis liquet. Præterea ex subsequentibus adnotationibus sæpiissime constabit, quot errata admiserit Auctōr iste in Epitaphiis describendis, vel potius arbitratu suo supplendis, vel configendis, quæque in ejus MS. continentur: ita ut nullam merito sibi fidem conciliare queat, quod et Auctōres nostri fateri coacti sunt, inter quos unum memorare sufficiat Arisium, quem vide Tom. I. pag. 50. ubi ab eo plures invenies repudiatas inscriptio[n]es ab uno illo fonte manantes.

Hoc loco de lapide superius allato animadvertere quoque præstat, credibile haud esse, quod in imis adeo fundamentis, in quibus posita fuisse asseritur petra inscripta, a quopiam deinceps subsecutis temporibus inveniri, aut describi potuerit, præsertim cum Eridanus noster adjacens Vrbi, suis subluvionibus, quo magis profunda prima illa fundamenta invenerint eo magis eadem, positamque primam petram aquis funditus submergere debuerit; ita ut, elapsis aliquot sæculis, nulla spes reliqua futura esset, ut petra, de qua sermo est, ejusque inscriptio in lucem amplius prodiret.

Hujus S. Sylvini Festum quotannis Cremonæ celebrabatur sub die XVI. mensis Februarii, qua ad cœlestem patriam migrasse credebatur. Merito autem dolendum, quod ejus

memoria penitus oblitterata sit, ita ut in Kalendariis hujus Ecclesiæ sæculi XV. nulla amplius mentio fiat. Vide præter Arisium, et alios, Bonafossam in sua MS. serie Episcoporum. Notandum potius videtur annus emortualis S. Sylvini in anno DCCLXXVI., eo quod ejus Successoris elec^{tio} eodem anno DCCLXXVI. statuenda sit.

XXX.

STEPHANVS II. elect. anno^r DCCLXXVI. vita functus anno DCCCXVI.

STEPHANI II. elec^{tio} facta fuit ab Adriano summo Pontifice ad preces Caroli Regis Francorum, qui postea exitit Imperator Roman. a Leone III. coronatus anno DCCC. De eo mentionem habet Sicardus in Chronico. Tomo enim VII. Rerum Italic. Murat. pag. 579. idem Sicardus ita scribit = *Hujus (Caroli Magni) temporibus claruerunt Alcuinus Caroli Capellanus, & Stephanus venerabilis vita Cremonæ Episcopus, qui cum Pipino Rege Italie transtulit Corpus Sancti Zenonis ad Ecclesiam, quam ædificaverunt, & multis possessionibus dotaverunt.* Veronæ autem hæc gesta fuere. De prima petra posita in fundamentis Templi Divi Jacobi erexit sub anno Domini DCCCI. a Stephano II. Episcopo præsente Carolo M., ut narrat inscriptio apud Brescianum, fides sit penes eumdem ob ea, quæ alibi jam notavimus, præsertim vero ad Num. XXIV., et XXIX. Vide illam apud Zachariam pag. 58. in qua notanda ea verba ET PETRA ISTA IN HOC FVNDAMENTO. Rogare enim licet, quando fieri potuerit, ut erueretur lapis ille, et exscriberetur. Sed ad falsitatem hujus lapidis detegendam alio probationum genere modo utamur, quo sane nihil aptius desiderari potest. Sunt autem Annales Bertiniani,

quibus continentur res gestæ , bella , victoriae , itinera etc. Caroli Magni Imperatoris . Extant apud Muratorium Tomo II. Rerum Italicarum Scriptores pag. 495., et seq. In iis autem ad annum DCCCI. post narratam incoronationem Caroli M. in Imperatorem , et Augustum a Leone III. Summo Pontifice ipsa sacratissima die Natalis Domini anno præcedenti exeunte DCCC. factam , hæc habentur = *Ipse* (Carolus nempe Imperator) *post pascha Rōma digressus , Spoletium venit*. *Ibi dum esset II. Kal. Maji hora noctis secunda terremotus maximus factus est , quo tota Italia graviter concussa est*. *Quo motu teclum Basilicæ Beati Pauli Apostoli magna ex parte cum suis trabibus decidit* = Nihil porro magis testatum in Annalibus tam Ecclesiasticis , quam profanis , quod ingens ille terremotus anno suprascripto DCCCI. contigerit. En porro quæ ab Auctore paulo post narrantur: *sub eodem anno = Imperator de Spoletio Ravennam veniens , aliquot dies ibi moratus Papiam perrexit* = Tum paulo inferius subditur = *Ipse vero Imperator , celebrato die Natalis S. Joannis Baptiste apud Eporejam , Alpes transgressus , in Galliam reversus est* = Quod autem toto eo anno DCCCI. Imperator Carolus amplius in Italiam non venerit post Natale Festum S. Joannis Baptiste , accipe quæ sub eodem anno DCCCI. prope finem sequuntur = *Ipsius anni mense Octobrio Isaacus Judæus de Africa cum Elefante regressus portum Veneris intravit , et quia propter nives Alpes transire non potuit , in Vercellis hyemavit* = Redierat itaque Isaacus ex Africa mense Octobri anni DCCCI. a Rege Persarum , ad quem missus fuerat a Carolo M. Si autem Carolus tunc maneret in Italia , necesse non fuisset Isaaco , ut Vercellis hyemaret . Sed audiamus quæ refert sub

anno mox sequenti DCCCII. \approx *Ipsius anni mense Julio XIII. Kal. Augusti* venit Isaac cum Elefante, et cæteris muneribus, quæ a Rege Persarum missa sunt, et Aquisgrani omnia Imperatori detulit \approx Singula vero, quæ de reditu Caroli Imp. in Galliam anno DCCCI. allata sunt, confirmata invenies apud Baronium in Annal., et in Critica Pagii, qui ad Num. VIII. ejus anni insuper hæc addit \approx *Ante Idus Octobris ad Schaldim pervenit Carolus; illis enim Idibus Elevationi Sancti Salvii prope Valentianas interfuit* \approx Quid luculentius sane, quidque opportunius utroque hoc textu inveniri poterat ad excludendum prorsus mensem Octobrem, quo Carolus Imperator præsens esse potuerit, quando a Stephano II. Episcopo Cremonensi asseritur posita fuisse in fundamentis petra &c.? Ipsum lapidem hic subjiciamus ex cit. Zacharia p. 58. HOC SACRVM TEMPLVM ERECTVM FVIT AD HONOREM DIVI JACOBI EXPENSIS CAROLI MAGNI IMPERATORIS SVB ANNO DOMINI DCCCI. ET PETRA ISTA IN HOC FUNDAMENTO POSITA FVIT PER MANVM STEPHANI II. EPISCOPI CREMONENSIS EJVSDEM CAROLI PRESENTIA SVB DIE VIII. MENSIS OCTOBRIS INDICT. IX.

De hac inscriptione diligentius mihi inquirendum censui, ut me ipsum ab omni injusta criminatione, in ipso fere initio defendarem, sitque ea in exemplum plurium similium inscriptionum hujus Catalogi Cremon. Episcop., quas non ita facile approbandas videt eruditus Lector, nisi Monumentorum præsidio fulciantur. Sicardus suam Episcoporum seriem ab hoc Stephano II. auspicatur.

XXXI.

WLPHAREDVS, vel WOLPHOLDVS patria Mutinens. elect. circa an. DCCCXVI., decessit anno DCCCXVIII.

NOTAE

WLPHAREDVS cum Archiepiscopo Mediolanensi, et aliis Regni proceribus, Duce Bernardo filio conspirasse traditur contra Ludovicum Pium Imperatorem ejus patrem, ob eamque causam detrusum fuisse in Monasterium, ubi Episcopatu privatus vivendi finem fecerit an. DCCCXVIII.

XXXII.

ATHO elect. an. DCCCXVIII., vita functus ante an. DCCCXXVII.

NOTAE

ATHONEM narrat Rubeus in suo Catalogo huic Ecclesiæ fuisse suffectum Ludovici Imperat. opera, qui eam propterea amplissimis privilegiis decoraverit anno DCCCXXI. Paschali primo summo Pontifice. Cum vero in administrando hoc Episcopatu expectationi de se conceptae cumulate satisfecisset, diem suum extremum clausisse anno DCCCXLII. Verum in hoc anno emortuali Athonis designando lapsus est Rubeus, ut mox sub sequenti Episcopo constabat.

XXXIII.

SINPERTVS Cremonensis electus ante ann. DCCCXXVII., vita functus ante annum DCCCXLI.

NOTAE

Scribit Hippolit. Donesmundus in Histor. Eccl. Mantuan. part. i. p. 146. *anno quarto, & postremo Pontificatus Eugenii II., die sexta Junii initium habuisse Synodum indictam Mantuae ad definiendam causam, quæ vertebat inter Patriarchas Gradensem, et Aquilejensem, utrum nempe Gradensis in jure*

recens acquisito Patriarchatus perseverare deberet; an vero Aquilejensi competeret, eo quod ob diuturna bella, ac devastaciones a sua Sede profugus, & absens esse debuerat, ut in antiqua sua jura, et Patriarchatum, abdicante altero, restitueretur, quod etiam decernente Concilio, ex utriusque Patriarchae Episcopis suffraganeis convocato obtinuit. Fuerunt omnes num. XXI. primumque locum in eo habuit Archiepiscopus Ravennæ, secundum vero Archiepiscopus Mediolanensis. Sinpertus autem Episcopus Cremonensis sedit loco XII. Addit idem Donesmundus pag. 149. Eugenium Papam paulo post peractum Concilium vitam cum morte commutasse. Ex quibus simul notis, quæ modo, quæque initio allatae sunt certo sequitur Concilium illud in annum Ærae vulg. DCCCXXVII. incidisse. Quapropter merito emendandus Rubeus, qui in annum usque DCCCXLII. Athonis Episcopatum, ejusque vitam protraxerat, statuendumque Sinpertum ante an. DCCCXXVII. ad Sedem Cremonensem electum fuisse. Emendandus quoque Vghellius, dum affirmat Sinpertum interfuisse Synodo Mantuanæ anno DCCCXXIV., Donesmondum ipsum in testem adducens, qui, ut probavimus paulo ante, eam Synodus triennio post habitam fuisse ostendit. Vide etiam Collectionem novissimam Conciliorum Venetam pag. 494., ubi hæc omnia, quæ haecen allata sunt confirmata invenies.

Joseph Brescianus apud Zachariam pag. 59., huic Sinperto alium quemdam Athonem subjungit, qui fuerit Episcopus anno DCCCXXX. Verum cum de eo sileant cæteri omnes probatae fidei Autores, qui chronologicam Episcoporum Cremonen. Seriem ediderunt, Athonem hunc II. ab ea expungendum existimo. Accedit etiam alia potior ratio, quæ du-

citur ex Placito Ludovici II. Imp. favore Panchoardi Cremonensis Episcopi anno DCCCXLII. emissio, apud Muratorium Antiquitat. Med. Ævi T. 11. pag. 979. Vide Monum. I. Cum enim illud Placitum complectatur omne tempus, quo utrique Athones, si quidem duo extisset, Ecclesiae Cremonensi præsse potuerunt, de uno quidem in eo semel, iterum, et tertio fiat mentio, de altero in eodem Placito altum plane silentium. Revera tamen necesse fuisse, ut unus ab altero distingueretur, ut constaret, de quo nominatim sermo esset. Idque ex facti narratione clarius patebit, quod ita se habuit. Panchoardus Episcopus coram Aldegiso Comite Misso, quam plures oculatos testes induxit ad probandum Curtes quasdam a Carolo M. olim Ecclesiae Cremonensi dono datas fuisse. Nominatim vero eas Curtes Stephano Cremonen. Ecclesiae Præsuli concessas, et post Stephanum possessorem fuisse *Atonem eo usque dum Rotechild Bajulus Pipini Regis contra legem, & malo ordine Atonem Episcopum disvestivit*. Atque hoc idem a singulis testibus iisdem expressis verbis confirmatur. Rogo itaque cum hi singuli testes, qui anno DCCCXLII. testimonium dixerunt, seque oculatos fatentur a Stephani Episcopi tempore, ac propterea ignorare non poterant utrum unus, an duo revera Athones Episcopi Cremonen. extisset; rogo, inquam, an fieri poterat, ut silentio prætermitteretur innuere de primo ne, an de secundo Athone verba fierent, si duo ejus nominis admittendi forent?
Ex his habes, quanti faciendum sit patrocinium Cl. Zachariæ,
pag. 60. et Bonafossæ MS. pag. 13. pro tuenda causa Breisciæ de duplice Athone admittendo in Sede Episcopali Cremonæ.

Subjungitur apud laud. Zachariam ibid. ex eodem laud. Bresciano inscriptio, in qua mentio fit reædificata Ecclesiæ *Gabrielis Archangeli expensis Siniperti de Adobatis civis, & Episcopi Cremonensis Anno Domini DCCCXXIII.* Si genuina esset hæc inscriptio statuendum foret Sinpertum jam ab anno DCCCXXIII. Sedem Cremonensem tenuisse, sed nil fidendum istis mercibus Brescianis. Mitto cæteras exceptiones: quod hujusmodi lapides, inter se plane similes sint phrasí, et stilo, quæ multo posteriorem ætatem redolent. Illud hic animadvertere sufficiat, quod sit Lapis ex eorum genere, qui civium Cremonensium nomen, cognomenque exhibent. Alibi vero jam notavimus: ante sæculum XI. cognomina in inscriptionibus adjici non consueuisse, ut de adulterina Bresciana merce dubitare minime fas sit. Singulare illud accidit, quod nullus horum Lapidum, qui utique ob eorum venerandam antiquitatem diligentius custodiendi, servandique fuissent, modo extet, qui oculis nostris subjici queat, ut saltem de literarum forma, qua scripti fuerant aliquid proferre fas esset.

XXXIV.

PANCHOARDVS electus circa ann. DCCCXLI. vita functus ante ann. DCCCLI.

NOTÆ

Fidenter nimis affirmat Cl. Bonafossa MS. sui pag. 13. *Panchoardum jam ab anno DCCCXL. Episcopalem hanc Sedem tenuisse ex Privilegio, eodem anno ipsi, & ejus Ecclesiæ nuncupatae, S. Mariæ, & S. Stephani a Lothario Imp. concessa.* Nam notæ, quæ in fine ejus Privilegii adjiciuntur annum indicant DCCCXLI. Sic enim se habent Lotharii pii Imperatoris

*anno in Italia XXII. in Francia XXI. Ind. IV. Datum Quintiani Villa IV. Idus Martii. Vide Monum. II. An. DCCCXL. decurrebat Indictio III., & Loth. Imp. ann. XXI. Vide Critic. Pagii in Annal. Baronii ad præfatos annos. Etiam Cl. Zacharias pag. 62. citat. Privilegium a Muratorio editum T. II. Antiq. M. Ævi col. 975. in quo Lotharius Panchoardo concedit, ut per solos testes jura suæ Ecclesiæ deperdita recuperare possit, quod inquit Zacharias, *ad annum spectat DCCCXL. Muratorius circumspectius notat datum circiter annum DCCCXL. Sed revera cum Fragmentum hujusmodi careat notis omnibus, quæ ad annum designandum appositæ fuerant, nihil certi ex eo definiri posse per se patet.* Vide Monum. III.*

Itaque, quod pro certo statui posse video, illud est, Panchoardum jam ab anno DCCCXLI. Episcopatum Cremonensem obtinuisse. Anno vero sequenti ex Decreto Synodali Angelberti Archiep. Mediolanensis, quod editum vide apud Muratorium Antiq. Med. Ævi Tom. V. pag. 980. interfuisse Panchoardum Synodo Mediolani habitæ pro confirmando immunitate Monasterii Brixiani &c. In fine vero adjiciuntur hujusmodi note: *Anno Dominicæ Incarnat. DCCCXLII. Anno imperii Lotharii vigesimo tertio, Indictione Quinta. Quæ quidem ea, quæ paulo supra allata sunt mirifice confirmant. Vide Monum. IV. Nulla reperio monumenta, quæ ad posteriorem ætatem spectent, quæque idonea sint ad annum Panchoardi emortualem definitendum. Illud certum est eumdem anno DCCCLI. diem suum extremum jam obiisse, ut mox in subsequenti Episcopo patebit.*

XXXV.

BENEDICTVS Cremonensis huic Ecclesiæ præterat jam anno
DCCCLI. vita functus post ann. DCCCXXCI.

NOTÆ

A Ludovico II. Imp. Lotharii Imp. filio confirmationem obtinuit Benedictus omnium privilegiorum ad Ecclesiam suam spectantium. Ex notis autem chronologicis, quæ habentur in fine, patet Placitum illud datum fuisse ann. DCCCLI. Sic enim se habent: *Datum IIII. Idus Januarii, anno Domini Lotharii sereniss. Aug. in Italia XXXII., & Ludovici Magni Imperatoris I. Indiæ. XIV.* Qua simul notæ omnes ann. suprascriptum DCCCLI. designant. Adi Pagium in Crit. Baronii ad eumdem annum. Vide Monum. V. Mitto alia duo Diplomata videnda apud Murat., & Zachariam, quæ signant Indiæ. XV. usque etiam in mensem Septembrem, & ann. Ludovici Augusti II., quæ utique signant annum DCCCLII., utroque Auctore teste. Hinc emendandus in primis Rubeus, qui Panchoardi mortem protraxit in ann. usque DCCCLVI., simulque Benedicti successionem in eumdem annum. Notandum præterea Vghellius, qui non modo de Panchoardi fine cum Rubeo consentit, sed etiam putavit Privilegium Ludovici II., cuius notas chronol. paulo ante dedimus, ad ann. DCCCLXX. referendum esse. Nec omittendus postremo loco Cl. Bonafossa, qui nescio, qua de causa MS. sui pag. 13. tergo, scribere potuerit: *Benedictum usque ab anno DCCCL. Patriae suæ Episcopatum fuisse consecutum, sese referens ad idem Privilegium Ludovici II., quod cæteri Chronologi, præeunte Pagio, & ipso Zacharia consentiente, ad annum sequentem merito assignandum statuunt. Neque ea ratio,*

quam subjungere videtur iis verbis: *cum eodem anno amplissima privilegia a Ludovico II. retulerit anno ejus imperii primo*, quidquam prodesse potest; annus enim primus imperii Ludovici II. sociandus cum anno Salutis DCCCLII., cuius notæ chronologicæ supra allatæ impugnandæ fuissent a Bonafossa, si quid in rem suam probare voluisset.

Plura alia Privilegia, & Placita obtinuit Benedictus, ex quibus ea seligam, quæ ad ejus Episcopatus diurnitatem demonstrandam inserviunt. Talia sunt, quæ probant Benedictum interfuisse coronationi Caroli Calvi Papiæ factæ anno DCCCLXXV. de qua Baronius ad ann. DCCCLXXVI., ut etiam notat Coletus. Vide etiam Zachariam pag. 65. Tale et illud ex Chronico Andreæ cujusdam Presbyteri, ex quo constat Benedictum nostrum circa annum DCCCLXXV. cum pluribus aliis Episcopis Mediolanum detulisse corpus Ludovici II. Imperatoris paulo ante vita functi. Vide Tom. I. Antiquit. Murat. col. 50. Alterum vero Privilegium Carlomanni emissum anno DCCCLXXVI., II. Id. Martii Indict. XI., probat adhuc inter vivos egisse Benedictum Episcopum; cui a Carlomanno, ejusque Ecclesiæ confirmata fuisse constat omnia bona, & jura ad eamdem Ecclesiam spectantia. Vide Tom. VI. Antiq. Italic. col. 363, ubi in fine p. 365. habentur hujusmodi notæ. *Data II. Idus Martii anno Christi propitio II. Domni Carlomanni Regis Italie. Indictione XI.* Deinde duo alia sunt Diplomata, quæ ad rem nostram maxime faciunt. Primum extat in Lib. Privil. Ecclesiæ Cremonensis pag. 11. n. 8. Initium est hujusmodi: *In Nomine Sanctissimæ & Individuæ Trinitatis Carolus Dei gratia Imperator Augustus: ad preces Benedicti Cremonensis Episcopi,*

& inhaerens privilegiis &c. In fine Data III. Kal. Martii Anno XXXVII. Regni Caroli Imperatoris in Francia, & Imperii ejus I. Aetum in S. Sophia juxta Papiam. Vide Mon. VI. Differt ab isto aliud fere simile Privilegium apud Murat. Tomi II. parte altera, pag. 148., ideoque unum cum altero conciliandum. Alterum refert Campus, et ex eo Murat. Annalium Italie Tom. V. pag. 150. Est Carlomanni, in eoque hujusmodi habentur nota = Datum Papiae V. Idus Aprilis Anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXI. Indictione XIV. Anno Imperii primo = Vide Monum. VII. Cum itaque utrumque Diploma signet annum imperii Carlomanni primum, consequens profecto est unum, & alterum spectare ad annum DCCCLXXI., ideoque Benedictum Episcopum inter vivos fuisse adhuc anno suprascripto DCCCLXXI.

Modo mihi necesse est ex impuris fontibus Brescianis Lapidem innuere, quem recitat laud. Zacharias pag. 66., in quo legitur = in Fundamento Templi Divæ Elenæ positam petram, in qua scriptum *Benedictus de Alphenis Cremonensis Episcopus Templum hoc ædifico & dedico &c. Anno Domini DCCCLX.* = Repudiandus sane, vel ex ipso addito cognomine, quin alias falsitatis notas commemorem.

XXXVI.

LANDO Cremonensis hanc Sedem obtinebat jam anno DCCCXXCI., vita functus non ante annum DCCCCX.

NOTÆ

In MS. Adonis Martyrologio apud Zachariam, Libri Episcop. pag. 273. hæc vetusto satis charactere sub an. MCXCVI. ad oram adscribuntur de translatione S. Archelai Martyris

Roma Cremonam = Venerabilis Pater Lando Cremonensis Episcopus (*Archelai Corpus*) ab Urbe Roma Cremonam devote portavit annis Domini evolutis DCCCLXXX., deinde in subsequentibus temporibus, annis trecentis sexdecim retroactis ab eisdem, Sicardus Episcopus Cremonensis ejusdem Sancti Archelai Martyris gloriosum corpus Populo Cremonensi ostendit, illud una cum B. Ymerii Confessoris corpore in arca lapidea reponens retro Altare ipsius S. Ymerii situm in Confessione Ecclesiae Cremonæ, & maximum fuit festum illo die celebratum = Cum paulo ante probatum sit Benedictum Landonis Decessorem adhuc inter vivos fuisse anno DCCCXXCI., profecto sequitur in errorem abreptum fuisse Anonymum, qui suprascriptam computationem instituit de translatione S. Archelai corporis ab Urbe Roma ad hanc nostram facta ab Episcopo Landone anno praecedenti DCCCLXXX. Anonymus ille ea scribebat post annos retroactos trecentos sexdecim, ut ipse ibidem fatetur, nil mirum propterea, si decipi potuerit. Cum vero Sicardus noster in Chronico col. 617., haec tamquam testis oculatus affirmet = *Anno Domini MCXCVI.* Corpora SS. Martyris Archelai, & Confessoris Hymerii in Arca Lapidea posuimus, Altare XVII. Kal. Julii consecravimus, & Processionem solemniter CXXX. Vexillis Ecclesiasticis facientes &c. = haud equidem immutari queant oportet, ut emendatio fiat in supradicta Anonymi computatione. Haec porro emendatio facienda, habita ratione temporis, quo Landonis Decessor Benedictus in sua Episcopatus statione manebat An. DCCCLXXXI., tum ante ann. DCCCLXXXIII., quo Lando a Carolo Crasso Imp. confirmationem obtinuit privilegiorum omnium suæ Ecclesiae, ex Monumento, quod

inferius dabimus. Sic itaque supradicti Anonymi computatio reformanda \equiv *Ven. Pater Lando S. Archelai corpus de Vrbe Roma Cremonam devote portavit annis Domini evolutis DCCCLXXXII.*, deinde in subsequentibus temporibus, annis trecentis quatuordecim retroactis ab eisdem, *Sicardus Episcopus Cremonensis ejusdem Sandi Archelai Martyris gliosum corpus populo Cremonensi ostendit &c.* \equiv Hoc pacto in tuto ponitur tempus vitæ, et Episcopatus Benedicti, item initii Episcopatus Landonis, et immota manet summa Annorum MCXCVI., quo anno testis oculatus Sicardus in Chronico se corpora supradicta solemniter condidisse narrat. Annum certum in Benedicto habemus DCCCLXXXI. quo retento anno, substituere oportet de successore Landone annis trecentis quatuordecim, idque faciendum ea de causa, quod ex supra citato ipsius Monumento constet Landonem jam anno DCCCLXXXIII. a Carolo Crasso obtinuisse privilegiorum confirmationem; ipsumq. Landonem primo adiisse, cum esset jam Episcopus Cremonensis serenitatis nostræ excellētiam, postquam ab Vrbe Roma reversus Cremonam portaverat corpus S. Archelai &c. Itaque veritati consentaneum est, ut annus primus suscepti a Landone Episcopatus Cremonensis retrahatur in annum antecedentem, nempe DCCCLXXXII. Cum vero ab Anonymo de annis integris fiat computatio, nihil impedit, quod aliqua pars anni primi Episcopatus Landonis, nempe anni DCCCLXXXII. speclare queat ad Benedictum Decessorem, cuius vita proferatur in aliquos, sive plures, sive pauciores menses anni suprascripti DCCCLXXXII. Qui propterea tam fuerit postremus vitæ Benedicti, quam primus Episcopatus Landonis Successoris.

Quibus jam constitutis sequitur profecto emendandos esse quot-
quot ex nostris Scriptoribus de initio Episcopatus Landoni ab hoc cardine recedunt. Inter eos autem primo numerandus Anonymus in sua computatione, quam supra dedimus, et emendavimus. Rubeus deinde in sua Diptycha, et Vghellius in Italia sacra, qui Landi, sive Landonis suscepti Episcopatus initia cum anno DCCCLXXVI. consocianda censuerunt. Campus vero nimium adhuc in anteriora retrahit Landi Ordinationem in annum nempe DCCCLXV. Mitto reliquos, eosque etiam, qui translationem, de qua sermonem jam fecimus, non suo tempore recensent.

Cl. Zacharias Libri sui de Ep. Cremon. pag. 71. refert Diploma Caroli Imperatoris de Libertate Ecclesiarum, quod refertur etiam in libro Privileg. pag. 12. cuius notæ sunt *Datum est autem die XV. Kal. Mart. Anno Incarn. Dñi DCCCLXXXII. Indiæ. XV. Anno vero Imperii Caroli II. Actum Ravenna.* Putat autem Cl. Zacharias istud Diploma referendum esse ad Landonem Episcopum. Verum cum omissum fuerit in eo nomen Episcopi, tam *Benedicto*, quam *Landoni* convenire potest. Vel etiam suspicari fas est datum fuisse Sede vacante. In quacumque vero hypothesi mirifice confirmat, quæ hactenus de utroque Episcopo exposita fuere. Aliud potius vindendum inferius Berengarii sub hoc ipso *Landone* datum *XI. Kal. Martii Anno DCCCLXXXII.*

Plura alia Landus Episcopus ab Imperatore, aliisque Principibus sui temporis obtinuit Diplomata, Privilegia, & Placita in beneficium suæ Cremonensis Ecclesiæ ab ipso sui Episcopatus initio, et usque ad vitæ exitum, qui certo statuendus non ante annum Salutis DCCCCX., ut modo mihi demon-

strandum sumo ob dubia, quæ a Cl. Bonafossa deinceps proponi videbimus.

Anno D. DCCCLXXXIII. ut jam supra innuimus, a Carolo Crasso Imp. obtinuit Lando confirmationem privilegiorum omnium, quæ olim Decessoribus suis, suæque Ecclesiæ concessa fuerant. Annus in Diplomate exprimitur, ut supra, additurque *Indictio prima*, & *annus imperii Caroli tertius*. Vide Mon. VII.

Anno DCCCCII. simile Diploma obtinuit a Ludovico III. Imp. Vide laud. Zachariam pag. 69., & seq. Idem Lando Episcopus coram Ardengo Misso Guidonis Imperatoris probavit suum jus in ripam padi &c. Monumentum autem vindendum apud Murator. Antiq. Medii Ævi notas habet anni primi Domni Cuidonis Imperatoris, in primo mense Junii Indictione Nona, qui characteres signant ann. DCCCXCI. Berengarius Rex anno regni sui propitio XXIII., mense Novembri Indictione XIV. cum esset in Civitate Cremonæ Privilegia omnia Landoni Decessorum suorum Diplomate suo confirmavit. Vide illud apud Zachariam pag. 73. Porro notæ anni XXIII. Berengarii Regis, & Indictio XIV. mensis Novembris signant ann. Salutis DCCCCX. Eoque propterea anno Lando vivus Episcopatui suo præterat.

Denique hic subjiciendum alterum ejusdem Berengarii Regis monumentum, quo clare ostenditur allata hactenus a primo ad postremum Diplomata, & Privilegia ad unum, eundemque Landum, sive Landonem pertinere. Videndum illud apud Murat. Antiquit. Medii Ævi. Tom. II. Col. 5.

In eo autem hæc habentur: *Cum Berengarius gloriosissimus Rex in Domo Episcopii ipsius Cremonensis Ecclesiæ præcesset,*

coram Misso Gausone ipsius Berengarii, pluribus presentibus testibus, Landus Episcopus ejusdem Sedis ostendit præceptum unum, ubi continebatur in eo ab ordine, ut hic subterlegitur \therefore In nomine Sanctæ et Individuae Trinitatis Carolus divina favente clementia Imperator Augustus. Si petitionibus Sacerdotum justis, & rationabilibus annuimus &c. \therefore Summa autem Privilegii in eo sita erat, quod Episcopus, et Ecclesia Cremonensis exempta esset a censu annuo solvendo pro duabus Curtibus. Datum erat Placitum illud XI. Kalend. Martii Anno Incarnationis Domini DCCCLXXXII. Indictione XV. Anno vero Imperii Domni Caroli Secundo. Quibus expositis sequitur, quod interrogati fuere ipse Landus Episcopus, et Adelbertus Advocatus: pro quod præceptum ipsum ostendissent. Responsum autem: ne quislibet dicere possit, quod Episcopus aut occulce, aut conludiose habuisset, aut detinuisse. Hinc interrogati Judices ex parte Missi Gausonis Berengarii Regis, quid sibi videretur: Lupus Advocatus nomine ipsorum dixit, & professus est. Vere præceptum, quod hic ostendisti, bonum, & verax est. Hisce peractis & manifestatione, ut supra facta, paruit supradiictis Auditoribus esse recte, & judicaverunt, ut juxta eorum altercationem pars ipsius Episcopii sint exinde soluti, & indemnes. Et finita est causa. Et hæc notitia pro securitate partis ipsius Episcopii fieri jussimus.

En porro memoratum supra in Landone de eodem Monumentum cum Actis anni DCCCXXCII., quo mirifice confirmantur, quæ ibidem fuse probata fuerunt de translatione sacri corporis ab Urbe Roma Cremonam, & de Anonymi errore in computatione de eadem instituta. In fine legitur: Ego

*Rotifredus Notarius Domni Regis ex jussione Domni Regis,
& ammonitione suprascriptorum Judicum scripsi Anno Regni
Domni Berengarii Regis Deo propitio vigesimo tertio, mense No-
vembris Indictione Quartadecima. Vide Monum. VII., & VIII.*
Hæc fusiſ exscribere placuit, ne ulla, vel levis dubitatio
suboriri possit de authenticis notis, quibus constant præclara
hæc Monumenta, eorumque singulæ partes. Fit ergo ex iis
manifestum, quod omnia superius Privilegia, & Diplomata
a primo, quod notas exhibet anni Salutis DCCCLXXXIII.
ad ultimum istud, quod signatur cum notis Berengarii Regis
anno scilicet vigesimo tertio, qui respondet an. Salutis
CCCCCX. complecti non modo omne tempus unius Episcopi
Landi, sed etiam ostendere eundem Episcopum non interrupte
in tranquilla possessione, & exercitio sui muneric perseverasse
usque ad extreum vitæ suæ tempus, nempe ad An. usque
CCCCCX.

Quibus jam constitutis ad dubia a Cl. Bonafossa proposita gra-
dum faciamus. Idem ergo MS. sui pag. 14. Lando sive
LANDONI Episcopo, de quo haq;enus verba fecimus, novum
subjiciens Episcopum *Leotmannum* nomine hæc scribit ≡ *Euge-
nium de Levis Cl. Regis Sardiniae Antiquarium sibi nuper-
ime retulisse authenticam reperiisse Pergamenam, in qua
Boso Rex Arelatensis ad preces Asmundi Episcopi Oscelensis,
& Leotmanni ejus Fratris Episcopi Cremonensis concedit
Episcopo Maurianensi, & Ecclesiæ S. Joannis a Normannis
devastatae Castrum, quod juxta fluminis Arki ripam adjace-
bat, anno regni ejus VIII. qui est annus DCCCXXCVII. ≡*
Hoc ipsum Bosonis præceptum ante Bonafossam jam editum
invenies apud Martene Vet. Scriptor. & Monum. Tom. I.

pag. 221. His narratis ita subdit ≡ *Porro cum authentica nostra documenta perhibeant Landonem fuisse hoc ipso anno Cremonensem Episcopum* ≡ putat ipse rem conciliari posse statuendo duos Landones, primum scilicet, qui vixerit usque ad annum DCCCXXCVII., cuique successerit dičus Leotmannus, qui ad summum vixerit usque ad annum DCCCCII. Nam cum eodem anno extet apud nos Diploma a Ludovico Rege datum Landoni Episcopo, & aliud eidem concessum anno DCCCCX. a Rege Berengario, conjicit Landonem secundum Leotmanno successisse anno DCCCCII., & in hoc Episcopatu vixisse usque ad annum DCCCCX. Hæc Cl. Bonafossa, quæ si ut vera admittenda forent, alterum jam haberemus Landonem Catalogo nostro Episcoporum inserendum. Quod quam falsum sit satis jam paulo supra demonstravimus ex Præcepto, quod ostensum fuit Misso Gausoni Regis Berengarii, ac tempus omne complectitur, ex quo Lando Episcopatum inierat, ad ejus usque postremum vivendi finem. Quapropter optassem, ut Cl. Bonafossa amicus meus optimus dum vixit, accuratori diligentia operam, studiumque posuisset suum, non modo in perquirendis monumentis, sed præcipue in iisdem ad examen revocandis, quæ suscepto a se labori de Catalogo, et serie Episcoporum Cremonensium postremis curis adornanda inservire, ac subsidio esse potuissent. Eo pacto longe melius & patriæ, & suo honori consuluisse. Quosdam jam ipsius nævos supra detergere mihi necesse fuit. Hoc loco triumphum agere potuisset, & de uno tantum Landone Episcopo Cremonensi retinendo amicum suum indubiis monumentis suadere.

Suspiciatur tamen Bonafossa ibidem, quod in magno dissidio,

in quo tum temporis inter se decerbat de Regno Italie Berengarius Forojulii Dux, & Guido, & Lambertus ejus filius Spoleti Dux, item Arnulphus Germaniae, & Ludovicus Provinciae Reges, evenire potuisse, quod Leotmannus ab Anselmo Mediolanensi Archiepiscopo, qui verisimiliter Lambertus favebat, in Episcopum Cremonensem vivente Landone consecrari potuerit. Sed haec in mera tantum conjectura posita sunt; illudque pro certo stauendum, quoniam Leotmannus iste extraneus plane est, nec unquam in Episcopatu Cremonensi resedit, ut supra demonstratum est, eumdem in legitimo Episcoporum Cremon. Catalogo locum habere non posse, ab eoque extorrem prorsus faciendum; ad summum innuere satis erit Leotmannum hunc, vivente, & Ecclesiam suam tranquille administrante Landone haud equidem ex legitimo fonte manasse. De exitu vitæ Landi, sive Landonis modo emendandi pariter Auctores nostri, ut de ejus Episcopatus initio fecimus. Mirari autem subit Rubeum in sua Diptycha scribere potuisse pag. 346. n. 33. Landonem nostrum obiisse anno DCCCLXXXI. Imp. Carolo Crasso III., sic auferens eidem vitæ, & Episcopatus annos fere triginta. Vghellius vero sex tantum annos abstulit scribens pag. 793. de Landulpho Successore, eumdem Cathedram Episcopalem Cremon. ascendisse anno DCCCCIV., cum Lando Decessor, ut supra vidimus, Berengarii Diploma obtinuerit signatum ejus regni anno XXIII., qui respondet an. Salutis DCCCCX.

XXXVII.

LANDVLPHVS Landoni successit non ante annum DCCCCX.,
vita functus circa annum DCCCCXVI.

NOTAE

LANDVLPHVS variam subiit fortunam. Nam, ut paulo ante notavimus, Rubeus in Diptycha eumdem in locum demortui Landonis suffectum scribit anno DCCCLXXXI.; Abbas vero Vghellius hanc Episcopalem Sedem ascendisse anno DCCCCIV., quod utrumque falsum esse jam supra satis, superque probatum est. Excidit Vghellio alias notabilior error, ut non immerito a Muratorio animadversum, Antiquit. Medii Ævi T. II. Col. 8. Scilicet ab Hugone, qui anno tantum DCCCCXXVI. Rex Italæ renuntiatus fuit, Landulphum confirmationem obtinuisse omnium Privilegiorum, quæ ab aliis Principibus suis Decessoribus olim concessa fuerant eodem anno DCCCCIV., quo Episcopatum obtinuerat, annos nempe XXII. antequam Hugo Rex Italæ inungeretur, tredecim vero pose ipsius Landulphi obitum ex ipsius Vghellii computatione, qui ejus mortem signat anno DCCCCXIII. De initio Regni Italæ Hugonis vid. Pagius in Critica Baronii Tom. III. pag. 810. Reète constituuntur initia Episcopatus Landulphi circa annum DCCCCX., vel sequentem ob ea, quæ jam in Landone demonstrata sunt.

Sed Cl. Zacharias pag. 73., & seq. præmisso Lapide, quod extitisse dicitur in Templo S. Michaelis ex memorato sepe Bresciani Epitaphiorum MS., in quo legitur *Gualbertum de Massis Cremonæ Episcopum ex hoc sæculo migrasse anno a partu Virginis DCCCCXIII.*, subdit immediate: *Quid igitur omnino puto Landulphum hanc expungendum..... Landonem ad annum DCCCCX.*, aut etiam ulterius vixisse ajo; tum illi *Gualbertum de Massis successisse*, qui quod paucis annis, aut fortasse etiam mensibus *Episcopus fuerit*, potuit

a Sicardo prætermitti. Eo autem defunctorum Episcopum Joannem, de quo mox, habuit Cremonensis Ecclesia. Nunquam putassem Lapidem hunc tam manifestis falsitatis notis infectum, quem nominatim cum aliis pluribus ejusdem generis repudiant etiam Auctores nostri, ut supra notavimus ex Arisio in ejus *Cremona Literata* Tom. I. pag. 51., tanto Viro sucum facere potuisse, ut pro genuino, & authentico admitteretur. Ex quo sequeretur, ut legitimus hujus Patriæ Episcopus Landulphus de Sede dejiceretur, ejusque loco nescio quis nomine Gualbertus, cognomine Mussus contra morem ejus ætatis, ut sèpe diximus, substitueretur. Neque moror Josephum Brescianum cum suis Asseclis, Summo, Zignano, Felice Boschetti, & si qui sunt alii, qui in adornandis hujusmodi epitaphiis tam improspere patriæ consuluerunt. Namque haec plagia viris doctis, & in versandis antiquis monumentis juxta sanioris critices leges exercitatis approbari nequeunt, aut admitti. Modo vero præter allatam exceptionem nominis, & phrasis utique verborum, quæ recentiorem æatem redolet, in eum locum res adducta esset, ut Gualbertus Mussus, qui a nemine ex nostris Chronographis inter Episcopos Cremonenses memoratur, præter quam a Bresciano, ejusque grege, pro legitimo Episcopo habendus foret, Landulphus vero, quem præeunte Diptycha Rubei, a quo etiam citatur Diploma in ejus favorem emissum a Carolo Crasso, cæterique omnes, cum Vghellio agnoscunt, atque admittunt, ut spurius esset rejiciendus. Quid propterea de hac re potius statuendum sit, erudito Lectori decernendum relinquo.

Sed provocare liceat ad ipsum præclarissimum Zachariam, ut eo judice pateat, quid de Bresciani, ejusque gregalium fide,

quidque de ipsorum Lapidum authentia sentiendum sit. Initio libri sui de Episcop. Cremonensibus a pag. 39., ad 43. septem affert Inscriptiones ex codice Bresciani depromptas: *Quum enim, inquit, frustra marmora inquisierim, epigraphas descripsi ex Bresciani MS. libro.* Binas priores modo seponamus, de quinque reliquis, quid sentiat ipse Zacharias breviter exponere præstat. Tertius ex veteri Ecclesia ad Præsepe Lapis hujusmodi affertur = *Quintilius Ala Aemilii fil., qui annos XXV.... militavit cum maximo ejus honore, tandem mors rapuit ANNO DOMINI DCLXXIII. &c.* = Quo descripto statim subdit Cl. Vir. *Quid heic annus DOMINI DCLXXIII. Septimo sæculo eum usum obtinuisse vix credam.* Stylus ipse *Inscriptionis ad veterem consuetudinem efformatus* haud satis VII. sæculi barbariem redolet. Hac loquendi ratione nonne ipse Cl. Zacharias clare ostendit *Inscriptionem hanc sibi videri spuriam, falsam, confitamque?*

Altera, quæ sequitur sub num. IV. de ALLARIOLO ALA POMPEI F. NOB. MIL. CREMONEN. &c. QVI OBIIT ANN. A PARTV VIRGINIS DCCXII. hac censura notatur ab ipso Zacharia. *Phrasis illa a partu Virginis videtur recentior.* Mitto alias exceptiones, quibus hic Lapis, cum præcedenti subjici potest. Sed una illa Cl. Viri inscriptionem hanc vehementer suspectam declarat.

Tertio loco subjicitur hæc altera
**AREALDVS STANGA NOB-CREMON. MILES
 BONONIÆ GUBERNATOR TEMPORE AISTVLPHI LON-
 GOBARDORVM REGE ELECTVS HIC JACET
 OBIT ANNO SALVTIS HVMANÆ DCCLXXIII.
 En porro animadversio, & censura prælariss. Zachariæ, quæ immediate sequitur:**

Heic annus Salutis humanæ negotium mihi facessit, ac ferme mihi persuadet istas Inscriptiones (prioribus duabus exceptis) eumdem Auctorem habuisse, qui aliqua periphraseon supelleſtile ornatus fuerit. Cum res ita se habeat superfluum judico de reliquis duabus verba facere. Satis enim clare, judice ipso Zachatia, patet memoratas quinque Inscriptiones inter apocryphas, adulterinasque merces amandandas esse.

Modo de duabus a Zachatia exceptis verba faciamus. In prima non concordant phrases *Bon. Memoriae*, & *migrasse de hac luce cum septimo saeculo ad quod lapidem spectare notatur*. Sed eam missam faciamus, & ad alteram transeamus, qua nulla aptior inveniri poterat ad hujusmodi Lapidum falsitatem detegendam. Sic in ea legitur, & in Cathedrali fuisse dicitur.

HIC REQVIESCIT IN PACE B. M.
STEPHANVS QVI
VIXIT IN HOC SECVL. ANN. PL. M.
XXXV. DEPOSITVS SVB DIE
PRIDIE IDVS DECEMBRIS ET
ITERVM P̄C PAVLINI IVN
VC INDICT. PRIMA.

Nihil profecto ineptius, nihilque magis a veritate alienum fingi poterat, quam quod exprimitur notis chronologicis apocryphi hujus monumenti. Imperitus Artifex Officinae, sive Brescianae, sive Boschetti, sive alterius cuiuslibet, ad exemplum simillimum Inscriptionum, quæ in Fastis Consularibus postremo praesertim tempore, quo ipsi finem habuerunt, ubi legitur: *Post Consulatum Belesarii, Post Consulatum Basillii jun., idque non uno tantum anno, aut iterum, sed etiam tertio &c.*

rem pulchram se facturum putavit ad ornatum sui Lapidis, si Paulini Consulatui præmitteret eas notas ET ITERVM P̄C, non animadvertis quanto id cum detimento fieret tum Fastorum Consularium, tum etiam annorum Bissextilium. Nam cum Paulinus semel tantum processerit Consul cum Fl. Anic. Justiniano Imp., immediate ante Belesarium, fuerit que postremus Consulum Occidentalium, admissis iis notis ET ITERVM P̄C. sequeretur, duos annos, interponendos esse inter Justiniani, & Paulini Consulatum, alterumque Belesarii. Eoque pacto, ut diximus, aëtum esset de recta chronologia, & ordine tam Fastorum Consularium, quam Bissextilium.

Luculentius ne hisce probationibus constare potest quanto viatio laborent lapides, & epitaphia ex Bresciano fonte profecta, quamque immerito sibi fidem conciliare queant? Verebar squidem initio ne nimis severus videri possem in judicando, cum superiores lapides, quos haec tenus attuleram, censura notandos putaveram. Sed postquam incidi in inscriptiones a Cl. Zacharia initio sui libri præmissas, & in hanc præsertim, quam modo in examen vocavimus, summopere gavisus sum, quod non sine justo fundamento Brescianas allusiones, ut mitiori verbo utar, digito veluti monstrare, easque detergere non prætermicerim. Ex quo fiet, ut sacra Antistitum Cremnonensium Series a sordibus repurgata, purior, splendidiorque emergat.

Cl. Zacharias ad Lapidem Paulioi jun. adnotationem hanc subdit: *Annum intellige Christianæ Æræ quingentesimum, & tricesimum sextum. Atque haec proferri potuere a Cl. Zacharia? Annus iste in omnibus Fastis Consularibus signa-*

tur: I. post Consulatum Belesarii, quod significat anno præcedenti processisse Consulem Belesarium, hunc vero, quod fuerit sine Consulibus, subsequi primum illum, atque in fastis signare annum Salutis quingentesimum trigesimum sextum, ut superior Consulatus ordinarius Belesarii, signat annum Salutis præcedentem quingentesimum trigesimum quintum. Vide Pagium, vide Panvinium, & Almelovenium, cæterosque Fastorum Conditoris.

Quod vero ad Paulinum jun. spectat, qui fuit, ut diximus, Occidentalium Consulum ultimus, erat ille Venantii filius, qui Consul processerat anno Salutis DVII., frater vero Decii, qui Consulatum gesserat anno DXXIX. Signat autem ejus Consulatus cum Justiniano Imp., ut jam supra innuimus an. S. DXXXIV. Nunquam vero in Fastis Consularibus recitantur anni post ejus Consulatum, sive primum, sive secundum, ut legitur in Inscriptione Bresciana = ET ITERVM P. C. PAVLINI JVN. Præstat modo ad majorem confirmationem eorum, quæ paulo ante allata sunt de Brescianis mercibus hic iterum afferre argumentum hujusmodi. Inscriptione sæpe memorata Paulini jun. extitisse dicitur a Josepho Bresciano in Cathedrali Ecclesia; altera, quæ præcedit primo loco, ad S. Laurentium. Cl. Zacharias testatur pag. 39. se frustra ea marmora diligenter quæsita invenire potuisse. Cremonam venerat sacras in majori Templo conciones habiturus anno MDCCXLIX., ut ejus liber de Episcopis Cremonensibus eodem anno editus fidem facit. Joseph Brescianus, ut alibi notavimus, decessit ad finem properante Sæculo decimo septimo, nempe anno MDCLXX. Ecclesia S. Laurentii eo anno, quo Zacharias Cremonæ morabatur, intacta

manebat, majus vero Templum in eodem statu perseverat; quomodo ergo fieri potuit, ut tam brevi medii temporis intervallo, cæteris omnibus manentibus, cum binas hasce consulere, & exscribere voluisset laud. Zacharias, inanem operam posuerit in iis perquirendis? Idem porro dicendum de reliquis omnibus Inscriptionibus a memorato Zacharia ex MS. Bresciani descriptis, & in suo Opere de Episcopis Cremon. per ordinem insertis. Ne unus quidem ex iis Lapidibus hactenus inventus, nec spes ulla superest, quod inveniri possit. Quid hoc sibi velit nemo, cui cor sapiat, non intelligit. Sed jam nimis multa diximus. Cum itaque demonstratum fuerit Gualberti de Misis, propinante hunc fictitium Episcopum uno Bresciano, nullam rationem habendam esse, consequens fieri patet, ut Landulphus suæ Sedi restituatur. Neque negotium ullum facessit, quod iste Episcopus a Sicardo omissus fuerit, ut a sæpe laud. Zacharia animadversum vidimus. Quis enim ignorat Sicardum non integrum, & ordinatam Episcoporum Cremonen. seriem texere sibi proposuisse in suo Chronico, cum eidem initium dederit saeculo octavo ineunte tantummodo quo ad Episcopos Vrbis nostræ; generatim vero complectatur Historiam Regum, Imperatorum, rerumque, præclare gestarum a Ptolemaeo Rege, qui in Aegypto Dionysius appellatus fuit? Insuper vero, quod etiam post incepitam in Chronico Episcoporum seriem quosdam omittat, qui proculdubio huic Cathedrae præfuerunt, inter quos immediate post Stephanum recensendus Walfredus, sive Wolpholdus, deinceps alii? Silentium ergo Sicardi argumento esse nequit Landulphum, memorantibus præsertim cæteris Chronographis nostris, ut a Catalogo Episcoporum Cremonensium exulare jubeamus.

Postremo tandem loco præterire nequeo egregium nostrum Bonafossam, quoniam peculiari sua liberalitate non unum Gualbertum. Mussum admittit, atque inter legitimos Ecclesiæ Cremonensis Antistites describit sub num. XXXI. MS. sui pag. 14. tergo, sed etiam n. XXIX. Leotmannum, quem nunquam hanc Ecclesiam rexisse probavimus, Catalogo inserere non dubitavit, ut ibi notavimus. Hoc paœto profecto facile esset seriem Episcoporum Cremonen. augere, & ad centesimum usque numerum proferre, ut a se factum, sibi plaudere, & gratulari visus est Bonafossa. Præmissis insuper aliis X., quos tribus primis Ecclesiæ sæculis in administrando Cremonensi Grege tamquam Presbiteros Subsidiarios extitisse antiqua patriæ traditio, approbante ipso Bonafossa, agnoscit. Sed cum bona ipsius venia, Episcopi, qui ex legitimo fonte non proveniunt, proculdubio a castissimis, sacrisque Episcoporum Libris longe omnino sunt removendi.

XXXVIII.

JOANNES II. Landulpho suffectus ante ann. DCCCCXVI.,
vita functus circa annum DCCCCXXV.

NOTÆ

Berengarius Rex anno Sal. DCCCCXVI. die Paschatis, quæ eo anno inciderat in diem XXIV., mensis Martii, a Joanne X. Papa in Basilica S. Petri Romæ summa pompa corona Imperiali donatus fuit. Quod Pagius in Crit. Baronii Tom. III. pag. 807., & seq. fuse, solideque, ex optimæ notæ monumentis probavit. Huic tempori egregie consentiunt notæ chronologicæ, quæ in amplissimo Berengarii Imperat. Diplomate continentur favore Joannis Episcopi Cremonen. olim Secretarii sui, atque familiaris emissio. Sunt enim hujusmodi:

Datum Kalendas Septembbris anno Dominicæ Incarnationis DCCCCXVI. Domini vero Berengarii piissimi Roman. Regis XXIX. Imperii autem sui I. Indiæ. V., quæ utique a Kal. Septembribus ejusdem anni DCCCCXVI. decurrebat. Vide Monum. IX.

Cum Ecclesia Cremonensis, ut testatur in hoc suo Diplomate Berengarius Imp. infinitis calamitatibus attrita, & jam jam pene desolata esset, præceptum emisit idem Imp., quo concessit, ac confirmavit anno suprascripto DCCCCXVI. Comitatum extra Civitatem ad quinque millaria, & immunitatem a vectigalibus, ac ne quis Procurator Regius aliquam in Urbe haberet potestatem, neve quis Comes, Vicecomes, aut Decanus Regius in Urbe, aut extra Urbem ad quinque millia passuum, injussu ipsius Joannis Episcopi, aut ejus Successorum hospitaretur &c., ut latius in eodem Privilegio continetur. Notanda ea verba, quæ in hoc eodem Diplomate post narratam Ecclesiam Cremonen. desolationem sequuntur, nempe, quod precibus Ardinghi Consiliarii, atque assiduitate servitii jam fati Joannis Episcopi hoc nostrum Imperiale præceptum fieri decrevimus. Eae voces assiduitate servitii, non obscure innuere videntur, Joannem Secretarii munus retinuisse, neque modo usque dum ad Episcopatum electus fuit, sed etiam postea in eo officio perseverasse, quod alio quoque monumento mox afferendo non immerito inferri posse video.

Nam apud Muratorium Antiquit. Medii Ævi Tom. I. Col. 516. affertur Privilegium Berengarii Imp. Augusti, quo continetur Donatio prati facta in favorem Joannis Ven. Episcopi, & fidelissimi Cancellarii nostri jure perpetuo &c. Testatur Muratorius Privilegium hoc a se inspectum, & contrectatum

characteres omnes Archetypi præferre, sed notas cronologicas esse corruptas, atque ad annum Salutis referendum videri DCCCCXVIII. Nostra interest, quod semel, & iterum in eo Diplomate Joannes Episcopus vocetur Berengarii *Cancellarius*, ut pateat, ex his confirmari, quæ paulo ante animadvertisimus de *assiduitate servitii*, quo exprimi sine dubio videbatur continuatio Joannis in eodem munere, quo fungebatur, ante quam Episcopus inauguraretur. Appellatur Cancellarius, quod fortasse ampliorem dignitatis gradum assecutus esset post Episcopatum adeptum. Notandum autem hic opportune Joannem alterum, de quo ante diximus, & ab Vghellio, & Rubeo appellatur *Secretarius*, expresse a Sicardo in Chronico vocari *Cancellarium*, apud Murator. Rerum Ital. Tom. VII. Col. 583. En ipsius verba *Berengarii Cancellarius nomine Joannes fuit Cremonæ Episcopus, qui Comitatum extra Civitatem per quinque milliaria impeperavit* = Vides ergo omnia hæc, quæ notavimus, modo luculentius multo confirmari. Caeterum nil mirum, quod Episcopi, Archiepiscopi &c. ad hujusmodi munia exercenda ab Imperatoribus, aliasque Principibus assumerentur iis temporibus præsertim, cuius rei etiam multa extant exempla, ut ne probatione quidem opus esse censeam.

Ex his porro, quæ allata sunt omnem puto evanescere dubitationem, quæ oriebatur ex silentio Sedis, ad quam spectaret hic alter Joannes Berengarii Regis Cancellarius, de qua nulla fit mentio in eo Diplomate. Hinc Muratorius supra laud. in titulo Diplomatis, dubitative scribit = Donationem factam a Berengario Joanni Episcopo, ut videtur, Cremonensi Cancellario suo = Verum *assiduitas servitii*, de qua dictum

est supra, brevissimum tempus, quod interjacet, ab anno I. Berengarii, quo signatur Privelegium primum, ad tertium, ad quod spectat hoc secundum, titulus *fidelissimi*, qui etiam eidem tribuitur, denique *Cancellarii* nomen, quod utriusque Sicardo antiquiori teste, tribuendum esse modo palam factum est, rem penitus ultra teli jactum ponere mihi videtur.
Anno Dominice Incarnationis DCCCCXXIV. Die V. Kal. Octobris, Domini vero Rodulphi Serenissimi Regis in Italia III. Indictione XLIII. idem Joannes amplissimum obtinuit Diploma, quo eidem confirmata fuere omnia jura, & privilegia, quæ jam antea suis Decessoribus concessa fuerant, ut fuse exponitur in laudati Rodulphi Placito apud Muratorium Antiq. Italic. Tomo VI. Col. 49. Ex quo patet Joannem die XXVII. Septembris anni suprascripti DCCCCXXIV. adhuc inter vivos egisse, ac suæ Ecclesiae Cremonensi præfuisse. Vide Monum. X.

Chronographi nostri pœunte Diptycha Rubei affirmant Joannem S. S. vitam cum morte commutasse hoc eodem anno DCCCCXXIV., eoque adhuc labente Darimbertum natione Germanum in Joannis demortui locum successisse. Verum, ut ingenue fatear, huic opinioni meum calculum adjicere non audeo. Tantum enim temporis superesse non videtur a die XXVII. Septembris ad supremum anni tempus, ut omnia, & singula evenire potuerint, quæ certo constant de Joanne Episcopo adhuc in statione sui Episcopatus permanente, cum Rodulphi Privelegium emissum fuit, tum cætera, quæ subsequi necessario debuerunt ad ipsius usque obitum, & ad electionem Successoris, tum ad assensum Regis, ut tunc moris erat, de ejus electione obtainendum, ad Candidati denique

institutionem, atque consecrationem. De his vero eo præsertim merito dubitare fas est, quod in obscuro plane versemur, quo ea teste, vel monumento nitantur. Consultius itaque existimarem, si & Joannis decessum, & Darimberti electionem in posteriorem aliquem annum proferri placeret, nempe circa annum DCCCCXXV.

XXXIX.

DARIMBERTVS Episcopus electus non ante An. DCCCCXXV.
Decessit paulo post An. DCCCCLXI.

NOTAE

Hunc Episcopum appellat Sicardus in Chronico *Dalbertum*. Nam Rerum Italicarum Tom. VII. col. 583. de Hugone Rege hæc habet = *Anno Domini DCCCCXXIII. Hugo regnavit annis VI.... His temporibus Dalbertus Cremonæ fuit Episcopus* = Conciliandus itaque Episcopatus Darimberti cum annis Regni Hugonis, quod ita recte fieri potest. Ex præmissis in Joanne, Darimbertus eidem successit anno DCCCCXXV.: Hugo regnare cœpit anno DCCCCXXIII, regnavit autem annos sex, sequitur ergo Darimbertum electum fuisse anno II. regni Hugonis, ex quo simul infertur recte constitui electionem Darimberti in anno DCCCCXXV., quod hactenus nullo alio veteri monumento constabat, nec animadversum a nostris Auctoriibus. Evidem Regem Hugonem multo plures annos vixisse constat, quam designare videatur Sicardus, sed id evenisse cogitandum est, quod Regno Italæ tot laboribus adepto fortunam Hugo, modo secundam, modo adversam expertus, eam derelinquere coactus fuerit.

Quod spectat ad postremum Darimberti Episcopi vitæ, & Episcopatus exitum, non desunt monumenta, quæ probant eum-

dem diuturno tempore huic Ecclesiæ præfuisse, & adhuc inter vivos egisse anno DCCCCLX., immo etiam anno sequenti. Apud Murat. enim Antiquit. Medii Ævi, Col. 371., & seq. Tomi I. ex antiquissimo Regesto Episcopii Cremonen. Charta refertur signata anno DCCCCLX., in qua hæc habentur = Berengarius, & Adelbertus Reges, anni Regni eorum X., mense Junio Indictione III. Commutatio bona fidei noscitur esse contraclus, ut vicem emptionis obtineat firmitatem &c. Placuit itaque & bona convenit voluntate inter Dominus Dagibertus reverentissimus Cremonensis Ecclesiæ Episcopus, nec non & inter Atto Comes = Vide Monum. XI. Cl. Zacharias Libri sui pag. 77. de hujusmodi monumento sermonem habens, addit permutationem factam inter Dagimbertum, & Stephanum de bonis in Vico Cabriatæ signati: Regnante Domino nostro Lotharius gratia Dei Rex, anno Regni ejus Deo propitio octavo decimo mense Junii ex cit. Regesto, sive libro privileg. pag. 138. Notæ inter se recte respondent, signantque annum suprascriptum DCCCQLX. Citat. pariter laud. Zacharias ibidem ex codem Regesto Episcopali pag. 137, Instrumentum a se visum permutationis factæ inter eundem Episcopum Dagibertum, & Magifredum de Vico Ataniatae: Lothario gratia Dei Rex anno Regni ejus nono decimo Mense Februarii &c. Quæ notæ profecto ex præcedentibus signare noscuntur annum DCCCCLXI. Ideoque, ut initio innuimus, ex monumentis patriis optimæ notæ constat Darimbertum, sive Dagimbertum inter vivos, & in administratione Ecclesiæ suæ perseverasse ad annum usque suprascriptum DCCCCLXI. & mensem Febr. Cum autem ejus Successor, de quo mox dicemus, circiter post biennium Cremonensem Cathedram

ascenderit, Darimberti Episcopi primum, postremumque fines recte constitutos videmus; ita, ut toto intermedio tempore nulli alteri locus supersit, qui Cremonensem Ecclesiam rexisse merito dicendus sit.

Hæc porro, de quibus nulla prorsus controversia oriri potest, quæ Brescianum nostrum latuisse puto, eidem etiam occasionem præbuisse arbitror, ut ad implendum tempus utique diuturnum annorum triginta novem, quot efluxerunt a Darimberti electione in Episcopum Cremonensem ad ejus usque decepsum, binos lapides nobis obtruderet, quos præclarissimus Zacharias describit Libri sui pag. 77., & seq. Sed cum huic egregio Viro perspecta essent apocrypha monumenta, quæ ex eodem attulimus, ea profecto ipsum admonere debuissent de falsitate manifesta, præsertim vero, quod cæteris naevis, vitiisque Auctori isto familiaribus laborent. In primo enim, in quo legitur \approx Ecclesiam in honorem S. Ægidii inchoatam fuisse expensis Berengarii II. Regis Italæ anno Domini DCCCCXLIX., die VII. Mensis Maii Indictione Octava currente \approx ipso Zacharia confidente vitiosam exhibet Indictionem, neque Berengarius II. eo anno adhuc Rex Italæ, sed sequenti DCCCCL., & die tantum decima mensis Decembris cum filio suo Adelberto regnare cœpit, ex Critica Pagii ad ann. 950., quem citat ipse Zacharias, quibus duabus erroneis notis nihil luculentius desiderari potest ad falsitatem detegendam.

Altera vero Inscriptio, in qua legimus \approx Aegidius de Guiscardis Civis, & Episcopus Cremonæ Deiparæ Mariæ Virginis hoc Sacellum, & Aram cum dote ædificavit anno DCCCCCLVIII., inter eas merito sane recensetur ab Arisio,

quæ, ob cognomen Familiaæ adjectum, inter repudiatas ab ipsis Auctoribus nostris habentur. Tantæ ne igitur auctoritatis, & fidei censendus erit Joseph Brescianus, ut anno DCCCCLVIII., quo præsertim tempore Darimbertus a Lothario Regnante in Italia favoribus, & privilegiis honestabatur, idemque in sua sede tranquille residuebat, Aegydius de Guiscardis, si Brescianum audiamus, in ejus Ecclesiam intrudi potuerit, atque munia Episcopalia libere exercere, & Aram, & Sacellum vidente ipso Darimberto Episcopo ædificare? Etiam si cætera vitia, quibus scatet Lapis iste, absens, non ne quisque vider uno eo ex capite ipsum improbandum, & pro adulterino, confictoque habendum esse? Quæ cum ita sint sequitur profecto Cl. Bonafossam nostrum non nisi hujus Episcopatus novitate illeatum fuisse, ut MS. sui pag. 15. Aegidium Guiscardum tamquam legitimum Catalogo Episcorum Cremonen. sub Num. XXXIV. adjicet. Sed quam immerito id fecerit erudito Lectori definendum relinquam.

Darimbertum Episcopum, ne id postremo loco omittam, scribit Vghellius Italiæ suæ sacrae pag. 796., n. 38., *Cremensis Oppidi excidio interfuisse cum Archiepiscopo Mediolanensi, ac Placentino, quod hujusmodi haeresi infelatum esset, quæ asserebat tam recorditer, quam insulse: Deum humanis membris constare, qui error per id tempus totam pene Insulam infecerat* ≡ Sed merito videndus eruditus liber præclariss. Francisci Ant. Zachariæ, qui continet Cremensium Episcorum Seriem editam Brixia anno MDCLXIII., in cuius proœmio statim pag. 6., hæc habentur ≡ *Qui narrant a Cremonæ Civibus post excidium ei Civitati illatum*

a Mediolensi Archiepiscopo nomen Cremæ a se adficotæ indidisse ad memoriam sempiternam suæ concrematæ Vrbis, anno Salutis DCCCCL. construæ, videntur potius fabulari, quam veram intexere historiam. ≡ Ac revera ex purioribus ejus Oppidi historiis, & monumentis unice liquet: Cremam post diutinam obsidionem a Friderico Aenobarbo captam, direptamque fuisse anno MCLX., quod non modo Vspengensis Abbas in Chronico refert, sed etiam Radericus Frisingensis, & Otto Morena, sed insuper præstat hic excrivere Marmor, quod Cremæ extitisse testatur laud. Zacharias, illudque refert libri sui pag. 13. Hæc autem in eo continebantur:

Crema cremata jacet cum sexaginta notasset
Centum cum mille scripsit Notarius ille
De Jani mense Federico Cæsare stante.

Itaque Darimbertus Cremonensis Episcopus, qui diem suum obierat circa annum DCCCCLXI., interesse non potuit excidio, quod ex allatis monumentis sub Federico Cæsare contingisse patet Vrbi Cremæ post centum fere annos, nempe An. MCLX., ut apud Vghellum scriptum legitur.

XL.

LIVTPRANDVS, qui etiam LVYSO. Electus ex Diacono Ticinensi Episcopus anno DCCCCLXIII. vita functus ante Apriliem an. DCCCCLXXIII.

NOTÆ

Non immerito Muratorius in præfatione ad Sicardi Chronicon pag. 527., notat eundem Sicardum: *domi suæ hospitem se prodere*, dum haec, quæ sequuntur, in suo Chronico adnotavit. Primo enim sub Ottone majori Aug. hæc habet ≡

*Hujus majoris Ottonis temporibus Luyso Cremonæ fuit Episcopus, qui corpus B. Hymerii transtulit etc. — Deinde vero sub Ottone II. Imp. subdit: Hisce temporibus Liutprandus Cremonæ fuit Episcopus. Hoc enim pacto ex uno Liutprando duos fecit Episcopos Luysum, & Liutprandum, in eundem secum errorem alios deinde pertrahens. Revera namque unus fuit Liutprandus, qui etiam Luyso dictus, ut recte ab Vghelilio notatum, & a Muratorio, ut cæteros præteream, solide demonstratum in Præfatione ad Chronicon ejusdem Liutprandi Tom. II. Rerum Italic. Clarissime autem id patet ex Ravennatensi Concilio anni DCCCCCLXVII., in quo modo appellatur Luyso Cremonensis, modo Liutprandus Cremensis Ecclesiæ Episcopus. Opportune autem Zacharias sæpe laud. in additionibus libri sui pag. 84., monet ex Papebrochio Tom. III. Junii, pag. 377. *Luizonenem diminutivum esse nominis Liutprandi, sive Liutprandi.* Emendandi igitur ex nostris præter Sicardum Campus in Hist., præcipue vero Rubeus in Diptycha, qui pag. 347., & sequenti sub. num. primum 37. Liutprandi Episcopatum refert, deinde sub num. 38. Luizonenem tamquam alterum Episcopum subjungit. *Fuit Liutprandus natione Italus, & ex Papia Civitate oriundus,* uti Titemius scribit, cui quidem cum veteres, tum recentiores Scriptores consentiunt. Extat tamen Chronicon quoddam Liutprando nostro suppositum, in Hispania primum, tum Antuerpiæ cum notis editum, quod ansam præbuit quibusdam Historicis Hispanis, ut Liutprandum nationi suæ adscribendum contenderint. Verum inter eos ipsos, qui sunt exquisitoris critics usu præstantes, & eruditione non minus, quam veritatis amote laudandi, Chronicon illud, atque Adversaria*

eidem Liutprando adscripta ad fabulas amandanda minime dubitant, ut extitit Nicolaus Antonius Jurisconsultus Hispanensis magni nominis, cuius censura in Biblioteca veteri Hispan. Lib. VI., cap. 46. videri potest.

Multa autem sunt, eaque præclara argumenta, quibus plane evincitur Liutprandum inter illustres, doctissimosque Italæ Præsules adnumerandum esse. Atque hoc loco rem gratam nostris Italis me facturum puto, si in hac re demonstranda aliquanto diligentius incumbam, ad omnem prorsus scrupulüm, ac dubitationem eliminandam, quam haðenus plane sublatam minime esse vel ipse Cl. Muratorius fatetur, ut inferius suo loco videbimus. Non omittenda in primis hæc, quæ sequuntur: Quod nomen ipsum Liutprandi sit Longobardicum, quæ Gens non in Hispania, sed tunc temporis præsertim, quo floruit Liutprandus, in Italia, nominatim vero Papie, sive Ticini maxime dominaretur, ubi sedes, & caput imperii constitutum erat. Quod ejus familia ibidem claritudine, opibusque abundans degeret, uti ex quamplurimis locis ejus Chronicæ fit manifestum. En autem quidam ex ipsius Historia textus deprompti, qui rem testatam faciunt. Hist. Lib. V. pag. 467. hæc habes ≡ *Tanta hac Berengarii fama, humanitate, liberalitate parentes acciti mei, ei ad servendum me tradunt. Cui etiam immensis oblatis muneribus secretorum ejus consciūt, ac epistolarum constituunt signatorem &c.* ≡ Lib. autem VI. pag. 469. cap. 1. hæc sequuntur ≡ *Berengarius cogitans quem potissimum mitteret (ad Constantium Imperatorem Orientis), cui nil impensa ob itineris longinquitatem præberet, Vitricum meum, cuius tunc sub cura degebam, conveniens promissis ita illexit, ut Vitricus*

*ea spe animatus impensas omnes distribuerit, meque magnis
cum muneribus Constantinopolim direxerit. ≡ Ac ne dubites
hæc omnia Papia æcta, & constituta fuisse, cap. II. quod im-
mediate sequitur, hæc adduntur ≡ Die quippe Kal. Aug.
Papia exiens per Eridani alveum triduo Venetias veni &c.
Tum vero capite mox III. subjungitur ≡ Ego (loquitur de
muneribus Imperatori Græco exhibitis, cum Liutprandus
pervenisset Constantinopolim) Ego Berengarii ex parte nihil
præter Epistolam detuleram; ejus tamen nomine, mea ex
parte obtuli loricas optimas IX., cuppas argenteas VII.,
scuta, lanceas, verna, mancipia, quatuor carsamata Imper-
atoris nominatis omnibus preciosora (sunt autem pueri
eunuchi amputatis virilibus, & virga). Denique, ne plura
commemorem, Hist. Lib. II., cap. V. pag. 446. narrat idem
Liutprandus ≡ patrem suum tum propter morum probita-
tem, tum propter linguæ urbanitatem ab Hugone Rege ad
Romanum Imp. Græcum missum fuisse, magnoque cum ho-
nore susceptum, nec modo ob munera magnitudinem,
quam quod Thessalonicanam veniens rebelles quosdam, qui
eam Regionem infestabant sustulisset, & eorum Principes
aliquot vivos captos Imperatori præsentasset, non sine ma-
xima ipsius lætitia, quam ob rem magnis etiam ab eo mu-
neribus donatus ad Hugonem Regem lætus remeasset. ≡
Atque hæc sunt, quæ sedulo evolvens Libros Hist. Liutprandi
nostri selegi, ex quibus cumulate constare arbitror de ori-
gine illustri hujus Familiae, de parentibus, de patria, ejusque
sede in medio Italiæ, quæque caput erat imperii Longobar-
dorum. Ac propterea cum sæpe mentio fiat in ipsius Liut-
prandi Chronico de Levita, sive Diacono Ticinensi, quo*

nomine idem ipse Liutprandus non semel in eo se ipsum appellat, vel B. Syrum Papiensium proto-Apostolum ab eodem *Patrem nostrum* nominatum legimus, non exterum aliquem intelligendum esse, sed unum, qui natione Italus, patria Ticinensis extiterit.

Sed hæc omnia modo missa faciamus. Duo sunt argumenta, quæ hoc postremo loco mihi reservavi, unum jam notum, vulgatumque, alterum haec tenus anecdootum, sed quod præ cæteris omnibus apissimum judico ad omnem penitus controversiam definiendam. Primum dicitur argumentum ex Lib. III. Hist. cap. I., ubi metro describitur Papiae conflagratio, quæ defuncto Berengario, & Rodulfo ab Italia discedente contigit. Versu enim decimo hæc leguntur ≡

Vritur infelix olim formosa Papia

Vulcanusque suos attollens flatibus artus

Templa Dei, Patriamque simul concendit in omnem.

Quid luculentius quæso desiderari potest, ut de Liutprandi Patria ne hilum quidem dubitare possimus, quod fuerit Papia, sive Ticinum, quod tunc conflagrasse describitur? Virgilii Ecloga I. versu mox III.

Nos, inquit, *Patriæ fines, & dulcia linquimus arva*

Nos *Patriam fugimus &c.*

Num quis hoc loco dubitare poterit Mantuam a Virgilio designari, apud quam natus erat?

Mantua me genuit, inquit alibi, ex notissimo Disticho, quod idem ipse sibi confecerat.

Alterum argumentum sumitur ex capite I. Libri primi Historiæ ipsius Liutprandi, quæ tota, ut ibidem adnotatum legitur, inscribitur, atque dedicata fuit ≡ *Rajmundo Liber-*

tanæ Ecclesiæ in Hispania Episcopo = Ibidem enim de Fraxineto Oppido in confinio Italiae sito hæc habentur = *Cujus, ut cunctis liquido pateat situs, (quemadmodum tuam Pater prudentiam latere minime reor, immo me melius scire, sicut ab ipsis, qui vestri sunt tributarii Regis Abderahamenis potestis conjicere) mari uno ex latere cingitur &c.* = Præclarum hunc textum a nemine haftenus animadversum fuisse miror. Quod si compertum habuissent Viri docti omnem sibi scrupulum ex animo ademissa de Liutprandi Patria, de ejus natalibus, & illustri familia apud Ticinum, atque errorem, qui in alio textu irrepserat, quique omnem ipsis dubitandi occasionem præbuerat, manifestum facere, ac certa ratione detergere potuissent. Laudatus enim Muratorius in Præfatione Hist. cum notasset in germano suo Chronico Liutprandum Lib. V. cap. I. de quadam solis Ecclipsi ita scribere = Qua etiam die Abadaram Rex noster a Radamiro Rege Christianissimo Galliciæ in bello superatus est = non solum monuisset, si alterum paulo supra allatum textum non ignorasset, levi correctione utendum esse, quod etiam Nicolaus Antonius supra laud. pariter inscius monuerat, sed plane atque omnino emendandum esse textum ex illo præcedenti, eaque potissimum de causa, quod in unica voce *Noster* facile error committi possit, non vero in toto contextu præcedentis testimonii, quod modo produximus. Ibidem enim expressis verbis scribitur = *immo me melius scire, sicut ab ipsis, qui vestri sunt tributarii Regis Abderahamenis potestis conjicere* = Idem autem Rex Abderam, & Abderahamenes. Hic ergo non modo habes nitide scriptum *Vestri*, sed insuper additum, quod essent Tributarii Regis. At vero nec Liut-

prandus, neque singuli ejus Familiae illius Regis erant, vel esse poterant Tributarii, quod Regibus in Italia dominanti-bus, ut vidimus supra, unice addicti essent. Restat igitur, quod nulla amplius militent argumenta, ut sequenti para-grapho suspicari videtur laudatus Muratorius, Liutprandum in Italia natum fuisse ex Gente Longobardica, patriamque habuisse Ticinum Regum Longobardorum sedem.

Esset hic locus, ut elogium texerem de hoc præclarissimo Viro, atque dissererem de ejus acri ingenio, quod a natura sor-titus fuerat, de peritia linguarum, græcæ præsertim, & lat-inæ, de præstantia, & felicitate in pangendis versibus, qui-bus passim Historiam suam ornavit, de Legationibus, quas ad Imperatores Orientis, aliosque Principes, quibus summo cum sui honore perfunditus fuit, de translatione sacri corpo-ris B. Hymerii Episcopi ad hanc Cremonensem Ecclesiam ab eo peracta, de aliisque quam pluribus ab eodem præclare gestis, atque editis operibus, quibus nomen suum immorta-litati commendavit. Verum cum hæc non sint mei modo instituti, et propositi, qui unice chronologicam Episcoporum seriem, meliori, quo fieri poterit modo, in ordinem disponere, quo ad initium præsertim, supremumque tempus, quo quisque Episcopus hanc Sedem Cremon. administraverit, eamque simul a nævis, quæ irrepserant detergere, suæque integritati, quantum indubia monumenta siverint, restituere, ea singula missa faciam. Præsertim vero quod quæ ad Liutprandi elo-gium spectant, apud doctissimos Viros edita inveniri possunt. De quibus videndi præ cæteris Muratorius in Præfatione Hist. Liutprandi, Vghellius sub ejus Episcopatu, atque in-ter postremos saepe laud. Zacharias in lib. suo a pag. 78.

ad pag. 88. Reliquum est igitur, ut ea, quæ ad initium suscepiti Episcopatus a Liutprando, ejusque extremum vivendi tempus pertinent modo definire studeam. Quod itaque spectat ad initium Episcopatus Liutprandi probavimus jam supra, ubi de Darimberto ejus Decessore egimus, ex Diplomate Lotharii constare Episcopum hunc inter vivos adhuc egisse anno Salutis DCCCCLXI. mense Februario. Liutprandus, qui apud Othonem M. Imp. prudentia, atque linguarum peritia, & usu magno in pretio habebatur, ejus opera post excessum Darimberti ex Levita Ticinensi ad hanc Episcopalem Cathedram electus fuit. Cum autem Otho M. ante diem XIII. mensis Februarii anno Salutis DCCCCLXII. Romae coronam Imp. sucepit, ut constat ex Monumento apud Pagium in Crit. Baronii, Tomo IV. pag. I., sequitur eundem non nisi post id temporis ad hunc Episcopatum pervenisse. Ex Conciliabulo autem, quod habitum fuit Romae in causa Depositonis Joannis XII. Octavo Idus Novembri anni DCCCCLXIII. , in quo Liutprandus jam Episcopus non modo interfuit, ut patet ex ipsius Hist. pag. 472. , col. 2.; verum etiam interpres constitutus, congregatis omnibus in eo Episcopis, cæterisque, qui aderant, latino sermone reddidit, quæ Imperator latinæ ignarus linguae, in saxonica pronunciaverat, ut pag. seq. ejusdem Hist. Cap. VIII. idem Liutprandus testatur; ex his consequens fit, ipsius Episcopatus Cremon. initium ducendum esse vel ab anno DCCCCLXII. , vel in sequenti constituendum. Habita autem ratione, quod anno DCCCCLXII. adhuc viveret Darimbertus, cum Otho M. mense Februario in Imp. , & Aug. inunctus fuerat, quod eidem aliquod tempus vitæ concedendum sit, antequam vitam cum

morte commutaret; deinde tempus esse admittendum, quo singula peragerentur, quæ ad Liutprandi electionem, ejusque consecrationem pertinebant, verisimilius puto, quod initium ipsius Episcopatus sequenti anno DCCCCLXIII. assignetur, præsertim vero, quod ea quæ in Conciliabulo Romano gesta fuere in annum deficientem, hoc est, ut paulo ante vidimus, in mensem Novembrem anni DCCCCLXIII. rejicienda sint. Superest, ut de extremo vivendi tempore suprascripti Liutprandi verba faciamus. Rubeus in Diptycha, item alter Rubeus in Hist. Ravenn. Lib. V. acta Synodi Ferrarensis nobis servarunt ab Harduvino omissa, ex quibus liquet Liutprandum eidem interfuisse anno DCCCCLXX. Post id autem temporis nulla amplius extat de eodem mentio. Nam quæ ab Vghellio, aliisque narrantur ex Juliani Chronicō, merito fabulis accensenda, ut jam supra fuse demonstravimus: ex quo sequitur Cavitellum nostrum in errorem lapsū esse, dum in suis Annalibus Cremon. scripsit Liutprandum e vita migrasse anno DCCCCLXVII. Vt itaque ex indubii monumentis quam proxime fieri possit definiamus tempus, quo tantus vir Ecclesiæ Cremonensis præcipuum decus, & ornamentum obierit, sumendum puto ex Diplomate Ottonis Imperat., quo ille Oldericus Liutprandi successor, ejusque Ecclesiæ privilegia, & jura omnia confirmasse traditur. Notæ autem ejus Monumenti sunt: *Datum V. Kalendas Aprilis Anno Dominiæ Incarnationis DCCCCLXXIII. Indictione I. Imperii Domini Ottonis VII. &c.* *Liutprandi itaque excessus e vita ante Aprilem anni DCCCCLXXIII. & post annum DCCCCLXX. statuendus.* Vid. Muratorius Antiq. Medii Aevi Tom. VI. pag. 52. Vide Monum. XII. Hinc emendandus Rubeus in

Diptycha, ubi sub num. 38. scribit Liutprandum obiisse anno DCCCCXC. cæterique, qui a limitibus constitutis supra recedunt.

XLII.

OLDERICVS Gallus Episcopatum obtinuit circa ann. DCCCC-LXXIII., vita functus Anno MIV.

NOTÆ

Retinendum censeo nomen Oldericu, quoniam ita appellatur in pluribus usque ad novissimum Diploma Othonis, quod paulo ante notavimus, quamquam in Diptycha Rubei *Oldericus*, vel etiam *Ardricus*, & apud Vghellium *Vldericus*, & *Aldericus* nominetur, cujus errorem jam emendavimus paulo ante, cum eum Liutprandi successorem statuit circa annum Domini DCCCCCLXXX. Plura citantur ab eodem Vghellio Diplomata Imperialia concessa in favorem hujus Episcopi, ejusque Ecclesiæ, quorum primum notas refert anni Salutis DCCCCCLXXXII.; alterum vero Diploma Othonis signatur *= Datum Aquisgrani V. Id. Maii anno M. Imp. V. =* Quæ singula privilegia, aliaque insuper descripta invenies apud Muratorium Antiq. Italic. col. 417., II. col. 671., & 793., Tom. V. col. 245., item VI. 51. col. 219. Sed Cl. Zacharias, ubi enumerat cit. Privilegia, Libri sui pag. 91. monet Vghellianis insuper addendum alterum Cremonense Placitum ex laud. Muratorii Tom. II. earumdem Antiquit. Italic. col. 965., ex quo sequitur anno MIV. Oldericum ab Adelelmo, qui & Azo, *Misso Arduini Regis impetrasse: bannum Regium pro tutela quarundam terrarum sui Episcopatus. Quod factum signatur hoc anno Regni Domni Arduini Regis Deo propitio tertio V. Kal. Martii Indict. II.* Vide Monumentum XIII.

Ex quibus notis, inquit Muratorius, infertur Oldericum Episcopum anno MIV. in vivis adhuc egisse, ac propterea Vghellium deceptum fuisse, cum Landulphum Successorem anno MIII. in Sede Cremonensi jam Episcopum electum refert. Statuendum tamen est anno suprascripto MIV. praedictum Oldericum finem vivendi fecisse post V. Kal. Martii supra memoratas, & ante VIII. Kal. Octobris, ex Monumento, quod referam in ejus mox Successore Landulpho.

Hoc loco minime reticenda ex eodem Vghellio insignis munificentia, qua Oldericus suis impensis extruxit extra muros Vrbis Monasterium S. Laurentii, quod etiam amplissimis redditibus ditavit, eidemque præfecit Abbatem ex Ordine S. Benedicti nomine Guizzonem, vel, ut refert Diptycha, Ceresonem. Arcam insuper in nobiliorem formam redegit, in qua nunc etiam S. Hymerii corpus veneratur. Denique S. Gregorii Martyris Spolia ex Spoleto Cremonam transtulit.

XLII.

LANDVLPHVS II. hanc Sedem obtinuit anno MIV. Vita funetus est anno XXXX.

NOTAE

LANDVLPHVM Vghellius sui Operis Tom. IV. pag. 804. scribit ab Henrico Imp. obtinuisse confirmationem omnium privilegiorum, quacumque aliis unquam Episcopis Cremonensibus præteriti Cæsares indulssissent anno MIV. VIII. Kal. Octobris. Vide Monum. XIII. Sed apud Cl. Zachariam in subiecta adnotatione exhibentur notæ VII. Idus Octobris. Actum Magidburgo. Vide ipsius Lib. pag. 91. Hæc itaque probant eodem anno, quo paulo supra vidimus Oldericum vita electum fuisse, eidem successisse Landulphum intra septem

mensium intervallum. Apud Murator. Tom. II. Medii Aevi Antiquit. pag. 422. Charta assertur Concordiae inter Hubertum Comitis Huberti filium, & Vbaldum Cremonensem Episcopum, quæ data legitur *anno ab Incarnatione Millesimo quarto*. Sed error procul dubio irrepedit in nomine Vbaldi, pro eo Landulphi. Nam Landolphus quidem Episcopatum obtinuit anno MIV., vita functus anno XXX., Vbaldus vero iniit Episcopatum Cremonensem Landulpho succedens anno XXXI., ut ex Monumentis in utroque allatis certo constat. Antistes iste varios subiit casus toto fere Episcopatus sui tempore, quos describunt tam Historici nostri, quam etiam exteri, iisque accidisse videntur, partim ex perturbatione eorum temporum, partim ex pravitate hominum, ac civium Cremonensium etiam opera, demum, si Historicis fides habenda, ipsius quoque Episcopi culpa. Sed haec cum ad meum scopum, propositumque minime spectent, atque longiori dissertatione opus esset, ut in examen vocarentur, ob varias, ac dissidentes sententias, in quas Scriptores abierunt, consulto præteream. Illud tamen ingenue fatear, quod si standum foret monumentis, quæ sunt numero plurima, quæque complectuntur annos fere singulos ab anno Salutis MIV., ad MXXIII., tum ab An. XXX. ad exitum usque Landulphi Episcopi, quæque omnia num. 22. ab egregio Bonafossa simul collecta fuere in suis MSS. Dissertationibus, Tom. Monument. a pag. 41. ad 52., nihil inveniri posse, quo Landolphum accusare queas. Immo succedit ibidem pag. 54. Conradi Imp. Diploma, quod etiam ab Vghellio, & Zacharia assertur, quo continetur Landulphi præclara defensio, & apologia, & e contra cives Cremonenses graviter

accusantur = quod contra sanctam Cremonensem Ecclesiam, & contra Landulphum Episcopum bonæ memoriae eorum spiritualem Patrem, & Dominum conspirassent, & eum cum gravi ignominia, & dedecore de Civitate ejecissent, & bonis suis expoliassent, & terram unam, castro cum duplice muro, & turribus septem circumdatam funditus eruisserunt = Vide Monum. XV. Tum additur Epistola ejusdem Conradi Imp., qua ipsis civibus Cremonensibus injungitur = ut pecuniam quam promisistis vestro Seniori Episcopo pro scacco, & incendio, & præda quam fecistis super illius castella, adimplatis, si de nostra gratia curatis. Terram vero Ecclesiae, sicut Landulphus Episcopus tempore Dñi Imperatoris Henrici tenuit, volumus, ut iste vester Senior similiter quiete teneat = Vide Monum. XVI. ec. Videndum insuper laud. Bonafossa cit. Tomo I. Dissertationum suarum MSS. a pag. 120. ad 129., ubi de Landulphi Episcopatu, ejusque gestis, variisque casibus fuse pertractat.

Gradum itaque potius faciamus ad ea, quæ ad supremum Landulphi vivendi tempus pertinent. Clariss. Zacharias Libri sui pag. 95. citat Diploma, in quo hujusmodi notæ chronologicæ habentur = *Datum III. Kal. Martii anno Dom. Inc. MXXXI. Indiæ. XIV. Anno autem Chonradi secundi regnantis sexto, Imperii IV. Aëtum Coslare* = Atque ex his notis infert post III. Kal. Martii anni MXXXI. e vivis sublatum esse Landulphum; sed deceptus est Vir præclariss. ut etiam a Cl. Bonafossa notatum in nomine Landulphi, cum ad Vbaldum spectet hoc Diploma, in quo clarissime legitur = *In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis Chonradus divina favente Clementia Imperator Roman. Augustus*

ad preces Hubaldi Cremonensis Ecclesiæ Antistitis eidem porreclis per Gislam Imperatricem &c. — Rursus infra hæc adduntur — Contraventores autem mulctavit in libris centum auri optimi pro medietate Cameræ suæ, & pro alia medietate Hubaldo ejusque successoribus persolvendi ec. — Vide Monum. XVII. Nihil itaque prodesse potest hoc Diploma, ejusque notæ pro tempore definiendo, quo Landulphus e vivis excesserit.

Ad rem facit alterum ipsius Chonradi Diploma videndum in cit. Bonafossæ Tomo Monument. pag. 52. sub N. 22., in quo hæc leguntur — *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Chonradus divina favente clementia Romanarum Imperator Augustus ad preces Landulphi Cremonensis Ecclesiæ Antistitis eidem porreclis per Gislam Imperatricem, confirmavit Cremonensi Ecclesiæ omnia bona, jura, & privilegia eidem concessa a Regibus, & Imperatoribus &c. Adum anno Dominicæ Incarnat. MXXX. Decimo quinto Kalendas Aprilis Indict. VIII. (sic) anno vero Domini Chonradi II. regnantis sexto Imperii tertio: ejusdem Imperatoris filii Henrici Regis anno secundo. Adum Basileæ — Vide Monum. XVIII. Mendum irrepit Amanuensis diligentia in Indictione VIII. loco XIII., sed reliquæ notæ clare indicant, quomodo prima nota suppleri debeat. Ex his ergo patet Landulphum adhuc inter vivos egisse anno MXXX. ex a. d. XV. Kal. April. Cum vero Vbaldus Successor Episcopatum Cremonensem jam administraret ex die III. Kal. Martii anni MXXXI., sequitur Landulphum a. d. III. Kal. Martii anni suprascripti MXXXI. jam diem suum obiisse; ac propterea intra spatum unius anni a currente Martio an. MXXX. ad eundem jam*

jam ineuntem subsequentis anni MXXXI. statuendum esse Landulphi finem, & Vbaldi initium Episcopatus. Habita vero ratione carum rerum, que Vbaldi inaugurationem præcedere debuerant, recte inferri puto Landulphi mortem illigandam esse anno MXXX., Vbaldi autem electionem anno sequenti MXXXI. Animadvertisendum duco in duobus allatis monumentis de Landulpho, & Vbaldo ex apographis Bonafossæ mendum inveniri in notis quo ad annos Regni, & Imperii, quod ex Amanuensium ignorantia, vel indiligentia ortum habuisse cogitandum est. Nam cum videam in his duobus, aliisque Conradi Monumentis a Bonafossa allatis, tum apud Muratorium sine errore recte notatas Indicaciones cum annis salutis conjunctas, quæ duo certa sunt signa, & indices annorum in chronologia, qui in hujusmodi Placitis notari solent, dubitari haud licet de fide, & autenthia suprascriptorum Diplomatū.

De Lapide vero, quem sub Landulpho describit Cl. Zacharias ex MS. Inscriptionum memorati sæpe Josephi Bresciani, qui illum supra Templi Ostium extitisse refert, in eoque legitur *= Ecclesiam S. Victoris Martyris dicatam, aedificatam fuisse expensis Landulphi Episcopi Cremonensis: & hoc pro reconciliatione facta cum hac Civitate anno Domini MXXIV., die XVIII. Mensis Octobris =* præter cæteras exceptiones, quibus reliquas inscriptiones ex Bresciano fonte manantes subiectas esse supra probavimus, eo potissimum vitio laberat, quod falsa, ex historia ipsa rerum, quæ tunc evenerunt, evincatur. Nam in recitato paulo ante primo Conradi Diplomate, quod ab Vghellio etiam, & Zacharia descriptum diximus, post criminationes, quibus cives Cremonenses

afficiuntur, hæc habentur paulo infra: *quia vero in ipsa conjuratione manentes, atque obstinato animo observantes, Hubaldum prædictæ S. Cremonensis Ecclesiae Episcopum ita insequuntur, ut ei distriictum suum tollant &c.* Hoc Diploma ad initium Episcopatus Vbaldi pertinere non dubium, idest ad annum MXXXI. Ad quem etiam speßtat Epistola secundo loco allata, qua jubente eodem Conrado Cremonenses cives ad refectionem damnorum subjiciuntur. Quid ergo luculentius desiderari potest utroque hoc Documento, ut pateat Bresciani Inscriptionem ex integro confitam fuisse, cum ab anno MXXIV. die XVIII. Octobris, quo posita dicitur, ad initium Episcopatus Vbaldi, anni nempe MXXXI. III. Kal. Martii vix anni sex cum dimidio elapsi fuerint, quando præclara illa duo testimonia Conradi Imp. emissâ fuere, que nos certiores faciunt = *cives Cremonenses in ipsa conjuratione obstinato animo mansisse?* = Quod si aliqua pax, & reconciliatio intermedio illo brevissimo tempore facta fuisse, utique in Diplomate, & in Epistola Conradi Imp. de ea aliquid innuere minime prætermissum fuisse, ex quo constaret cives Cremonenses anno quidem MXXIV. cum suo Episcopo reconciliatos, sed brevi admodum ad eumdem persequendum reversos fuisse. Sed & illud quoque addamus: cum ex supra descriptis Monumentis tam clare pateat Landulphum Episcopum in suorum civium tam injusta conjuratione tot damnata, & injurias pertulisse, credibile ne erit ipsum, ac si reus fuisse, Templum construere, ac de memorata Inscriptione apponenda suis sumptibus cogitare potuisse, cum id a suis civibus conjuratis, & persecutoribus faciendum fuisse, in signum reconciliati animi, & debitæ satisfactionis erga suum

Episcopum? Sed præterea ad cumulum probationum addamus quæ habentur in Diplomate Henrici III., quod extat apud Muratorium Antiquit. Ital. Dissert. 71. ad annum XLVI.
 ≡ Cum Vbaldus Ecclesiæ Cremonensis Episcopus Imperatori retulisset, quod cum *Landulphus Episcopus longam in diuturna infirmitate vitam traduxisset, Ecclesia sua non levia passa fuerit detrimenta, eo autem defuncto, atque Vbaldo in Successorem electo ec.* ≡ Vide Monum. XVIII. Hic sistamus:
 Equidem eo tempore, quo in Ecclesia Cremonensi pax, & reconciliatio constituta fuisset, nulla vel levia eidem detrimenta evenire debuissent; sed contra accidisse patet ex al-lato textu Diplomatis; igitur vivente adhuc Landulpho, & diuturna infirmitate laborante, Ecclesia Cremonensis non levia passa fuit detrimenta, quæ utique nec pacem, nec reconciliationem designant. Cum autem hæc evenerint post annum MXXIV. infirmo ex diurno tempore, & postea defuncto Landulpho anno MXXX., vel certe ante mensem Martium anni MXXXI., quibus sanc verbis non unus, sed plures anni indicantur, æquus quæso, & eruditus lector judecat, quid de Bresciano lapide statuendum sit.

XLIV.

VBALDVS electus anno MXXXI. vita funetus circa annum
MLXXIII.

NOTÆ

Quod potissimum nostra interest, certum habemus initium Episcopatus Vbaldi sociandum cum anno MXXXI., ut paulo supra sub Decessore Landulpho demonstratum fuit. Cætera, quæ ad ejus vitam, & gesta pertinent ab omni justa criminatione immunia probabimus. Itaque quod primis Episcopalis

suæ administrationis annis maxime a suis civibus conjuratis vexatus fuerit, ut Districtum suum tollerent, aliisque gravibus eum damnis afficerent manifeste patet ex duobus supra recitatis Diplomatibus Chonradi Imp. sub ejus Decessore Landulpho. Insuper quod anno Salutis XL. ad ejusdem Vbaldi Episcopi Cremonensis preces, & ut in eo Diplomate appellatur *fidelissimi sui*, ab Henrico Rege, idem Rex opera, & consilio Herimani Coloniensis Archiepiscopi interdixerit Walderico Abbatи Monasterii S. Laurentii alienationes, commutationes &c., quæ ab ipso Abbatе siebant sine licentia Episcopi sub gravibus pœnis, habes in ejus Regis Diplomate, cuius notae chronologice sunt hujusmodi: *Datum decimo sexto Kalendas Februarii Indictione VII. anno Millesimo XL. anno vero Domini Henrici primo. Aetate Augustae. Murator. Antiq. Tomo VI. col. 217. Vide Monum. XX.* Sed præterea constat, quod præter illa gravia damna, quæ Ecclesiæ Cremonensi illata fuerant sub Landulpho, tempore ejus diuturnæ infirmitatis, usque ad extreum vitæ suæ tempus, ut supra sub eodem Episcopo ex Diplomate Henrici IV. probavimus, Vbaldus ejus Successor electus, & in *omnibus fidelissimus*, ut in eodem Monumento notatur, impetrare non potuit, ut ab Archiepiscopo Mediolanensi consecraretur, nisi Plebem, & Cortem de Artiaco, quam injuste, & potestate invaserat Girardus Archiepiscopi Neps, eidem ab Vbaldo concederetur. Quod tandem cum diu protelaretur *Consecratio* non sponte, sed coacte eumdem concessisse prædictam Cortem ibidem narratur, atque illud additur, *nam cum multum moleste ferret Vbaldus, quod inde fecerat, apud ipsum Henricum multo, multoties conquestum obtinuisse, ut Genitor*

Henricus *Episcopatus Cremonensis diminutioni, & miseriae condolens præscriberet, juberetque, ut prædicta Plebs de Artiaco, aliaque insuper bona a Gerardo Episcopatu*m* i*er*epta restituerentur, & ut expresse in Diplomate legitur* = *Hec omnia Episcopio æternaliter habenda concedimus, & insuper per præcepti nostri au^roritatem retinenda instituimus* = Vides hic, quod Vbaldus si culpandus, quod ob officio recesserit obtinendæ consecrationis causa, laudandus tamen, quod pœnitentia ductus omnem operam, studiumque posuerit in resarciendo, quod fecerat, atque indemni asserenda Ecclesia sua ab omnibus acceptis detrimentis. Notas chronologicas habet hoc Monumentum in fine ad marginem: *Datum anno Domini millesimo quadragesimo secundo.* Muratorius tamen Antiq. Italic. Dissert. 72. pag. 217. ipsum refert datum ab Henrico anno circiter **XLVI**. Vide Monum. XXI. Plura alia ab eodem Henrico V., tum etiam, & antea ab Henrico III., & a Conrado Imp. concessa fuerunt in favorem Vbaldi, & beneficium ejus Ecclesiæ Diplomata, & Donationes, ut de Insula Fulcheria, & in confirmationem etiam Comitatus, aliorumque bonorum, quæ quomodocumque ab Henrici prædecessoribus concessa fuerant usque ad ann. **MLVIII.**, quæ videnda apud Muratorium, tum apud Zachariam, uberiorius vero apud Bonafossam in ejus Monument. MS. Sed ad propositum nostrum hoc loco præ omnibus referre præstat Bullam Alexandri Papæ II. emissam anno ab Incarnatione Domini **MLXVI.**, qua nihil honorificentius desiderari potest ad laudem, & testimonium vigilantiae, & *inconcussæ fidelitatis Episcopi* Vbaldi, de quo sermo est. Sic autem se habet: *Alexander Episcopus Servus Servorum Dei.*

Charissimo Fratri Vbaldo Cremonensi Episcopo, suisque Successoribus. Pastorali sollicitudine erga salutem Dominicanorum ovium, seu reparationem bonorum Ecclesiarum vigilantibus tanto promptius Apostolicæ auctoritatis protectione debemus providere, quanto eos ea, quæ sunt Jesu Christi constat, quam quæ sua sunt querere. Vnde, Charissime Frater, quia religionem tuam eorum magis Pontificum formam, qui laboris sui diligentia pauperes Ecclesias sibi commissas ditare, studes per omnia imitari, quam eos, qui deliciis, & sacerditalibus pompis Ecclesiasticas divitias in miserabilem redigunt paupertatem, justæ petitioni tuæ assensum præbemus, & memores inconcussæ fidelitatis tuæ erga Apostolicam Sedem, ea, quæ tuæ Ecclesiæ sunt juste collata, seu in futurum conferenda, quæque in præcepto Charissimi filii nostri Regis Henrici continentur, sub tutela Romanæ Ecclesiæ suscipimus, & per hujus nostri privilegii paginam confirmamus tibi, tuisque Successoribus quidquid (atque hic recensentur singula Ecclesia Cremonensis bona) justæ acquisita, vel adquirenda praesenti Apostolicæ sanctionis nostræ pagina corroboramus &c.

Datum Laterani III. Kalend. Novembr. per manum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Subdiaconi, ac Bibliothecarii anno VII. Pontificatus D. Alexandri Papae, ab Incarnatione vero Domini MLXVI. Ind. V. Vide Monum. XXII. Ex his ergo singulis, quæ allata sunt, quæque certo constant ex Monumentorum fide, sequitur primo Vbaldu in ipso sui Episcopatus ingressu a suis civibus sine ulla sui culpa vexatum fuisse; deinde a Gerardo Archiepiscopi Mediolanensis Nepote injuste prohibitus, ne consecraretur, eo quod ipsius simoniacæ petitioni de cedenda Curte Artiaca assensum negaret. Quod si demum,

ægerime tamen consensit, de malefacto mox pœnituit, & bona Ecclesiæ sibi crepta recuperavit, atque in administratio[n]e deinceps sui Episcopatus tam laudabiliter se gessit, ut perhonorificum illud elogium sibi promeruerit, quod paulo supra attulimus Alexandri II. S. P. emissum anno MLXVI. Nihil ergo ad hoc usque tempus afferri potest, quod in justam Vbaldi Episcopi reprehensionem cadere possit.

Alexandrum II. P. M. Nicolaj II. Prædecessoris sui exemplo, qui plurima decreta, & anathemata emiserat contra Simoniacos, & Concubinarios, acerrimum semper ejus improbae Clericorum consuetudinis pariter extitisse vindicem ex eo patet, quod eodem Alexandro vix electo Clerus Mediolanensis cum suo Archiepiscopo, paucisque aliis ejusdem corruptelæ Episcopis, eo impudentiæ devenerint, ut coacto Conciliabulo Cadaloum Parmensem Episcopum in Pseudo-Pontificem Romanum elegerint, quod eum sibi, suisque vitiis propensum futurum sperarent. Vide Murat. Annal. Ital. Tomo VI. ad ann. MLXI., & MLXIV. Eundem Alexandrum e vivis abeuntem, quod accidit. XI. Kal. Maji anno Salutis MLXXIII. (Pagius Crit. Tomo 4. pag. 249.) sacri omnes Biographi summis laudibus celebrarunt, ipsum appellantes \equiv strenuum Simoniæ hæresis destructorem \equiv Vide Chron. Bertoldij Constant. ad Ann. MLXI. Cujus mors sancti Pontificis gravissima omnibus bonis accidit. Vide Pagium loco cit. &c. Ne plura: quis ex his non inferat Vbaldum nostrum in fide, & obsequio Sedis Apostolicæ, & Alexandri II. mansisse, neque solum post electum Cadaloum in Pseudo-Pontificem, ut ex laudati Alexandri II. Bullâ, quam emissam vidimus anno MLXVI., verum etiam usque ad mortem op-

timi illius, & sanctissimi Pontificis, quem vindicem habuisset, si eo septennio, quod subsecutum fuerat usque ad superscripti Pontificis obitum, Vbaldus ab officio recessisset. Hinc merito in Necrologio nostro, quod servatur in Sacrario Ecclesiae Cathedralis Cremon. ad ejus decessum indicandum, diemque emortualem, hæc notata habentur: ad Nonas Martii: *Vbaldus Venerabilis Episcopus*: Hæc profecto fidei faciunt Vbaldum toto vite suæ, & Episcopatus tempore ita se gessisse, ut omni elogio dignus habendus sit.

Vghellius tamen Ital. Sacr. Tomo IV. Col. 810., hæc habet =
Ita autem Vbaldum Henrico studuisse fertur, ut in præcipuis numeretur, qui Giberti Antipapæ promoverit partes, depresseritque eas Gregorii VII. veri Pontificis, a quo demum Vbaldus excommunicationis telo transfixus anno MLXXV. Qui paulo post Sanctæ Romanæ Ecclesie contumax, atque rebellis miserabiliter e vita discessit. Hujus meminit Sigonius de Regno Italiæ, aliique non pauci: Sed hæc omnia, quæ etiam exscripta invenies apud Cl. Zachariam sine ulla adjecta animadversione, quam falso innitantur fundamento, & erroneo laborent supposito, facile omnino est demonstrare. Nam Arnulphus Vbaldi Successor, ut sub eo probaturi sumus, anno MLXXIV. Cremonensem Ecclesiam obtinebat, Gibertus vero, sive Guibertus Ravennatensis nonnisi anno MLXXX. in Antipapam fuit electus. Vide Pagium in Crit. Baronii, Tomo IV. pag. 273., & seq. Henricus vero IV. Rex anno MLXXIV. Gregorii VII. II. ob Synodum I. Romæ habitam contra Sacerdotes Simoniacos, & Concubinarios, ut legitur in Chronico Lamberti apud cit. Pagium pag. 253. quamvis: adversus hoc decretum protinus vehementer in-

fremuerit tota facio Clericorum ≡ nihil tamen movit, nec egit contra Ecclesiam eo anno, nec sequenti MLXXV. Fatale illud schisma, quod universalis Ecclesiæ adeo pernici-
sum extitit, ejusque sinum tamdiu dilaceravit initium habuit
anno MLXXVI., quo Henricus Rex post Saxoniam victori-
am ad vomitum rediens, simoniacas investituras conferre
non destitit, atque ab excommunicatorum consortio non
abstinuit. Ex quo factum est, ut opera præcipue Sigefridi
Moguntini Archiepiscopi, & Hugonis cognomento Albi, qui
olim Cardinalis, tunc autem inter Episcopos hæreticos præ-
cipuum caput, & jam tertio ab Apostolica Sede damnatus,
fictitiis suis literis Archiepiscoporum, & Episcoporum perso-
nas repræsentans, & consilia apud Regem habita exponens,
in quibus continebatur postulatio novi Pontificis, & abjectio
legitimi Pastoris, effecit, obtinuitque, ut adductis in medium
diabolicis Episcopis, anathema super Dominum Papam pro-
ferrent. Hæc quæ breviter narrata sunt fusius multo ex syn-
chronis Auctòribus exponuntur a laudato Pagio. Criticæ suæ
apud Baronium Tomo IV. pag. 260., & seq.

Orto incendio nihil intentatum reliquerunt schismatis Fautores,
ut legitimo Hierarchæ Catholice alterum e suo
Grege opponerent, quod etiam opere perfecerunt. Nam
anno MXXC. Henrico Rege Auctore, & perversorum Anti-
stitum sententia prævalente apud Brixiam in Romanum Pon-
tificem, immo Antipapam electus fuit Guibertus Ravennatensis
Archiepiscopus vir perjurus, atque omni malitia, & dolo-
siteate plenus, ut fusius exponit Centius Camerarius in libro
suo Censuali cap. 3. apud laudat. Pagium in Critica Baronii
pag. 273. Guibertus autem ad fovendam discordiam inter

Romanam Ecclesiam, & Imperium non sine ingenti damno, vixit usque ad annum MC., quo tandem e vivis sublatus fuit. Cum haec itaque ita se habeant, neque series temporum congruat, quibus Vbaldus ea crimina perpetrare potuerit, Arnulpho jam ejus Successore electo, & administrante Ecclesiam Cremonensem anno jam MLXXIV., cum electio Giberti inciderit in annum MLXXX., schisma vero Henrici Regis eruperit anno MLXXVI., ut probatum est, concludendum sane erit Vbaldum Episcopum ab omni justa criminatione immunem declarandum, quod Giberti partes promoverit, vel promovere potuerit, vel quod Gregorii VII. excommunicationis telo transfixus anno MLXXV., & Sanctæ Ecclesiæ contumax, & rebellis misericibiliter e vita decesserit. Necrologium ipsum supra memoratum plenam ipsius defensionem absolvit, cum eum *Venerabilem* appellat. Neque enim imaginari potest, quod in sacro Ecclesiæ Cathedralis Codice ejus nomen apponetur, si Vbaldus extra matrem suam S. Ecclesiam Catholicam contumax decessisset.

Quæ de Sigonio addit Vghellius ex integro falsa sunt. Nam in ejus historia, nec nota, neque vestigium ullum de Vbaldo reperitur. Ad annum tantum MLXXVII. nominantur ab eo Theobaldus, & Gibertus Archiepiscopi Mediolanensis, & Ravennas, ac reliqui Lombardie Episcopi, qui Gregorio infensi adventum ejus (Henrici Regis) diu suspensis animis expectaverant. Consequens sane non est ex his etiam Vbaldum in eo numero fuisse, qui Gregorio infensi essent. Eodem vero anno MLXXVII. Arnulphus erat Cremonæ Episcopus. Ad annum vero MLXXXIV. idem Sighonius pag. 374. hæc habet: *triginta e factione sua Episcopis ad Concilium*

adhibitis, Gregorio rursum absente damnato, Clementem ex eorum auctoritate sufficit, ac postridie in die ipso palmarum per Mutinensem, Bononiensem, & Cremonensem Episcopes consecravit &c. \equiv Vidimus jam decennio ante Arnulphum Cremonensi Ecclesia præfuisse. Itaque iste, non Vbaldus ibidem erit subintelligendus. Merito autem eruditiss. Pagius in Critica Tom. 4. pag. 292. notat de Signo \equiv *Signius multa de suo dicere solitus est, & cum magna cautela legendus* \equiv Atque hæc de Vbaldi n. defensione sufficient. Non omittendum postremo loco Vbaldi mortem incidisse in nonas Martii, ut in Necrologio Ecclesiae nostræ adnotatum legimus, ubi hæc habentur \equiv *Obaldus venerabilis Cremonensis Episcopus* \equiv De anno vero constat ex probatis supra, cumdem obiisse circa annum MLXXIII.

Sub hoc Episcopo Cl. Zacharias tres refert inscriptiones ex iisdem fontibus manantes, a quibus præcedentes omnes proveniunt, & in duabus nominatur *Valerius Schitius*. Hasce itaque in eodem habendæ numero cum cæteris, quia hoc loco plura commemorare oporteat.

Cum ad hunc locum pervenisset allata mihi est Epistola Cl. Viri Petri Seletti Sacerdotis ex Oppido Busseto ob rerum antiquarum scientiam, & linguarum peritiam maxime laudandi. Cum ea simul transmiserat Librum, cui titulus: *Francisci Antonii Zachariae Excursus Litterarii per Italiam &c.* editum Venetiis anno MDCLXIV. Summopere autem gavisus sum, quod in eo pag. 60. Cl. Vir falsas, & apocryphas agnoscit, & retractat Inscriptiones non paucas, quas in Serie Episcoporum Cremonensium pro legitimis habuerat. Itaque mecum ipse gratulor, quod non temere easdem repudiave-

rim, & a præclarissimi Viri sententia in iis, aliisque in meo hoc libro videndis, mihi recedendum censuerim.

XLIIIL.

ARNVLPHVS electus circa annum MLXXIV. vita funetus circa annum MLXXXVI.

NOTÆ

ARNVLPHVS Episcopus hanc Cremonensem Ecclesiam jam regebat Anno MLXXIV. In libro enim Privilegiorum Episcopii, qui servatur apud Cathedram Ecclesiam extat hoc investiturae Monumentum = *Die Martis, quæ est quinto decimo Kal. Julii in loco Aufecningo per fustem, quem in sua manu tenebat, Dominus Arnulphus Episcopus Episcopii S. Cremonensis Ecclesiæ investivit Willielmum, & Waldum Consobrinos de Calugate de Districlo, & Albergaria loci Aufecninghi, & de Ecclesia Sanctæ Maria inibi constructa cum Clericis in annexa domo habitantibus. Anno ab Incarnat. millesimo septuagesimo quarto Indiæ. XII. =* Vide Monum. XXIII. Ex hoc itaque Monumento constat Arnulphum jam anno salutis MLXXIV. hanc Sedem Episcopalem administrasse. Ex actis vero Synodi Romæ a Gregorio VII. habitæ An. MLXXVIII. prima hebdomada Quadragesimæ apud Baronium sub eo anno constat Arnulphum inter alios Episcopos, qui ad eam Synodus vocati interfuerant anathematis telo pereussum fuisse. En sententia ejusdem Gregorii VII. contra ipsum prodata: *Arnulphum Cremonensem publice coram nostra præsentia convictum, & confidentem se simoniacum, ab omni Episcopali officio absque spe recuperationis deponimus, & usque ad dignam satisfactionem anathemate percutimus.* Paulo ante verba Signorii attulimus sub Vbaldo, quibus asse-

ritur: anno *MLXXXIV.* *Guibertum*, sive *Clementem Pseudo Pontificem per Mutinensem, Bononiensem, & Cremonensem Episcopos consecratum fuisse*: concordat autem annus, ut in Critica Pagii ad Annal. Baronii Tomo XVII. pag. 550., & in notis pag. subsequentis. Ex quibus certo sequitur Cremoneensem Episcopum ibidem memoratum non alium fuisse, quam Arnulphum, qui Gregorii VII. anathemate anno *MLXXVIII.* percussus fuerat. Nullus enim aliis tunc Cremoneensis Episcopus excommunicationis telo confixus, & Arnulphus Sedem Episcopalem retinuit fretus potentia Henrici Regis in diuturnum tempus, ut patet ex aliis Monumentis datis anno *MLXXVIII.*, & sequenti, quæ hic referre omitto, & videri possunt apud *Bonafossam* Tomo Monum. MS. pag. 76., & 77., quod & confirmant Auctores nostri, qui *Episcoporum Cremonensium Seriem* texuerunt.

modo potius subiicere præstat Monumentum, ex quo definire fas est supremum Arnulphi vita, & Episcopatus tempus. Porro apud Laud. *Bonafossam* Monumentorum MS. pag. 80. n. 6. hujusmodi habetur Charta venditionis. *Anno MLXXXVII. decimo quinto Kal. Junii Ambrosius & Alaiscinda jugales vendiderunt Vsberto Episcopo Cremonæ omnia bona ab iisdem possessa in locis Jovisaltæ, Sorexinæ, Sablonetæ, & Sylvæ Bernardæ. Ex Arch. Episcopali cartel. n. 41. pergam. n. 6. (Dolendum, quod Monumenta supradicta alio translata fuerint, ut ex integro modo descripta referri nequeant) Ex his tamen ad propositum nostrum inferre licet: primo hunc Vsbertum Episcopum Catalogo nostro addendum, de quo mox dicemus; secundo Arnulphi mottem de qua Chronographi nostri silent præter Vghellum, quod sciam, qui illam.*

assignat anno MXCVI., longe in anteriora retrahendam esse. Ex dictis enim supra anno MLXXXIV. Arnulphus cum duobus aliis Episcopis Guibertum in Pseudo Pontificem consecraverat. Itaque intervallum tantum superest unius triennii, ex quo venditio facta fuerat Vsberto Ecclesiae Cremonen. Antistiti a Jugalibus Ambrosio, & Alaiscinda. Repte igitur Arnulphi mors circa annum MLXXXVI., vel sequentem statui potest.

XLV.

VSBERTVS electus Episcopus Cremonensis circa annum MXXCVII., vita functus anno MXCVI.

NOTAS

De tempore, quo Episcopus iste Vsbertus Episcopatum jam administrabat diximus paulo ante ex Monumento ibidem allato cum notis MLXXXVII. Laud. Bonafossa in Tomo Monument. pag. 78. ex libro Privil., pag. 76. Bullam Urbani II. referens, ejus initium ita inscriptum exhibet = *Vrbanus Episcopus Servus Servorum Dei Venerabili Fratri O. Cremonensi Episcopo Salutem & Apostolicam Benedictionem* = Sermo in ea est de jure Episcopi in Parochias. Data Veronæ decimo octavo Kal. Decembris. Annus vero desideratur. Notat ibidem laud. Bonafossa Urbani II. Cremonæ fuisse, die undecima Aprilis An. MXCV., & sequenti anno perrexisse in Galliam, ideoque videri hanc Urbani Bullam eidem omnino anno adscribendam esse. Cui vero data sit Episcopo initiale illam literam O. non satis ostendere. Verum minime dubitandum puto, quod ea litera initiali subintelligendus sit Vsbertus noster. Nam, ut notum est, hujusmodi nomina diversimode scribi consueverant, quorum exempla superius

non uno in loco allata sunt. Itaque quod Obertus, vel Hubertus, aut Vsbertus &c. scribi potuerit, non mirum. Igitur cum ea Bulla emanata fuerit, Vrbani II. tempore. Hic vero Pontifex electus fuerit die XII. Martii Divo Gregorio sacra anno MLXXXVIII., e vivis abierit mense Augusto An. MXCIX., nota vero temporis in ea Bulla desideretur probabili conjectura seligi potest cum Bonafossa annus MXCV., quoniam Vrbanus II., ut supra dictum est, fuerat Cremonæ eodem anno, undecimo die Aprilis, & sequenti anno in Galliam perreverat.

Reste nomen Vsberti refert Brescianus in lib. *Rose e Viole*. Cæterum de initio Episcopatus hujus Vsberti diximus jam supra, ubi ex Charta venditionis probavimus eundem jam ab anno MLXXXVII. hanc Ecclesiam Cremonensem administrasse, cum Scriptores nostri ierint in alia omnia. De ejus vero exitu, deficientibus monumentis, nihil certi statui potest, nisi sequi velimus Brescianum asserentem cit. libro *Rose e Viole*, Vsbertum Episcopatum rexisse annos XVI.

Apud Cl. Zachariam in lib. suo Episcop. Cremon. pag. 107. sub hoc Vsberto subjungitur lapis *B. Elisaei de Fregueschis Episcopi Cremonensis*, in quo legitur eundem obiisse die XVI. mensis Julii anno a Pautu Virginis MLXXXVII. Sed cum præcl. vir eundem lapidem repudiet in recentiori suo libro inscripto *Excursus Litterarii* pag. 63., nihil mihi hoc loco addere necesse est. Vsbertum Episcopum omitunt Vghellius, Rubeus pl. rique alii ex nostris Chronographis, sed integrum nomen Vsberti in monumento allatum, eum huic Sedi vindicar.

XLVI.

WALTERVS, sive GVALTERVS electus anno MXCVI., vita
functus anno MCXVII.

NOTAE

WALTERVS ob ea, quæ dicta sunt sub ejus Decessore Vsberto non immerito statui potest cum Diptycha Rubei ad hanc Sedem electum fuisse anno MXCVI. Cl. Bonafossa in MS. Episcop. pag. 19, scribit ex Monumento in Archivio suæ Collegiatæ S. Agathæ constare Walterum usque a die VI. Kal. Octobr. anni MLXXXVI. Cremonensi Ecclesiae, sed absque *Canonica confirmatione electum fuisse*. In donatione enim ab eo facta Præposituræ S. Agathæ ita se subscribit: *= Ego Walterus peccator Episcopus electus =* Forte in illa temporum perturbatione id evenire potuit, sed illud certum est manente Vsberto in sua Sede Cremonensi usque ad annum MXCVI., qui fuit ei emortualis, Walterum munia Episcopalia exequi non potuisse, cum ab altero peracta fuisse ex Monumentis supra allatis manifestum fiat. Vghellius, cui ignotus fuit Vsbertus, Walteri Decessor hujus initium Episcopatus profert in annum MCVII., sed emendandus. Merito laudanda Majorum nostrorum pietas, & munificentia, quod sub hoc Antistite cœpta fuerit construi nova Cathedralis Ecclesia Deiparæ Virgini consecranda, eamque Imperator Henricus protegendam suscepserit, ac plurimis Fundis ditarerit, ut ex ipsius Diplomate fit manifestum, quod datum fuit Veronæ anno MCXIV., de quo videndum Rubeus in Diptycha, tum Vghellius sub hoc Episcopo, ac reliqui Scriptores Rerum Cremonensium.

De anno vero emortuali hujus Episcopi præmittere oportet

extare aliud Diploma ejusdem Henrici IV., quod datum legitur IV. Kal. Junii anno Dominicæ Incarnationis MCXVI. Regnante Henrico IV., in quo mentio Ecclesiæ de Virada in honorem S. Petri constructæ sitæ in Episcopatu Cremonensi &c. Vide Monument. XXIIII. Ex hoc itaque sequitur Episcopum Walterum anno suprascripto adhuc inter vivos egisse. Cum autem in Necrologio sæpe citato, Walteri dies emortalis signetur fuisse Idus Martii, Diploma vero Henrici IV. exhibeat diem IV. Kal. Junii, & annum Incarnationis MCXVI., annum profecto ab hoc diversum statuere oportet ex subsequentibus, cui Walteri obitus adscribatur. Reste igitur notari debet annus MCXVII. Idibus Martii, qui fuit ei emortalis.

XLVII.

VGO Parmensis ad hanc Sedem Cremonen. electus post Idus Martii anni MCXVII., vita functus anno sequenti MCXVIII.

NOTAE

Ex Monumentis nihil de hoc Episcopo constat. Consentient Rubeus in Diptycha, & Vghellius, quod ille intra annuam Episcopatus administrationem, vel mortuus, vel exauctoratus fuerit a Jordano Mediolanensi Archiepiscopo. Quæ autem refert Landulphus junior Hist. apud Murat. Rerum Italic. Scriptores Tom. V. pag. 520. capite ult. quod Cremonenses \equiv ante ejus expulsionem ipsum per plures annos reverenter, et diu intus, & foris tenuerint \equiv ex iis, quæ in Waltero probata sunt patet falsa esse, nulloque niti fundamento.

XLVIII.

OBERTVS, vel VBERTVS electus An. MCXVIII., vita functus An. MCLXII.

NOTAE

Probavimus in Waltero, qui Vgonem præcessit, quod ille non nisi post Idus Martii anni MCXVII. e vivis eruptus fuerit, ideoque necesse esse, ut ejus Successor Vgo, qui annuam hujus Sedis administrationem gessit, partem aliquam attigerit anni suprascripti MCXVII., partem vero aliquam subsequentis MCXVIII. Sequitur ergo ex his, quod Obertus Vgonis Successor non ante annum MCXVIII. eligi potuerit. Emendandus itaque Vghellius, cæterique, qui præcedentem annum assignant.

Obertus primo sui Episcopatus quinquennio obtinuit a Callisto II. privilegium consecrandi Abbatem S. Petri Cremonen. Videntia Bulla apud Vghellium, & apud Zachariam Lib. sui Episc. pag. 110. Etsi vero ea Bulla caret modo notis chronologicis, constat tamen Callistum II. electum anno MCXIX., vivendi finem fecisse anno MCXXIV., ita ut etiam anno primo Episcopatus Oberti, illud Privilegium emitte potuerit. Quod vero spectat ad ejus annum emortualemente, de quo tantopere dissentient inter se Chronographi nostri, statuendus annus MCLXII. ob ea, quæ constant ex Monumentis anecdotois *Presbiteri de Mediolano* Oberti Successoris, de quo mox dicturi sumus. Habemus etiam Instrumentum Oberti pro reliquiis S. Gregorii existentibus in Ecclesia S. Michaelis, quod notas refert anni MCLXII., quas exhibet quoque Monumentum Presbiteri, qui Oberto successit. Vide Monum. XXV. Modo itaque afferamus VII. Monumenta, quæ ad Presbiterum spectant, quæque haçtenus minime comperta fuere, vel ob nominis ambiguitatem in obscuro, & in certo versabantur. Ut igitur res bono in lumine collocetur, certaque ratione

pateat quis Successor Oberti extiterit, quove tempore hanc Episcopalem Sedem tenuerit, in eaque vitam suam egerit præmittere hoc loco præstat singula, quæ ad rem nostram faciunt, & in suprascriptis Monumentis continentur. Monum. XXVI. in quo sic legitur \equiv Dominus Presbyter Ele^clus Episcopus^s Cremonensis convocato in sua Curia suorum Vas- salorum Parlamento sententiam tulit contra Regerium de Brixianoro, qui negabat se possidere bona Brixianori titulo Feudi. Cum autem per depositionem testium probatum fuerit ipsum Rogerium a Prædecessore Oberto Episcopo alias vocatum, & citatum fuisse ad rationem pro dictorum bonorum possessione, eamdemque de facto fecisse, exinde lata sententia fuit, quod se recognoscere deberet in Vassalum ipsius Domini Presbyteri Ele^cli Episcopi Cremonensis. Hoc autem factum est anno Dominicæ Incarn. Millesimo centesimo sexagesimo secundo Indi^c. XI. die Dominico, qui fuit tertio decimo Kalendas Februarii. In Palatio Civitatis Cremonæ. Ex Archivio Episcopali in Capsula N. 17.

Monument. XXVII. , quod sic se habet \equiv Die undecima Aprilis anni MCLXIII. \equiv Blandus, & Alchisi^s fratrī fil. renunciaverunt Investituræ cūjusdam petiæ terræ in manibus Domini Presbyteri de Medolao, qui dicebatur tunc Episcopus Cremonæ .

Ex Archivio Episcopali Caps. N. 69.

Monum. XXVIII. recens inventum, in quo continentur plurimæ investituræ concessæ ab eodem Episcopo Presbytero anno MCLXIII. die septimo mensis Julii. Memoratur etiam in eo paulo post initium, quod idem Episcopus \equiv investivit Spel- tam de tubulis tribus de terra in pecia una de terra juris

Episcopatus Cremonæ, que jacet juxta Mosam Comunis Cremonæ in Valle Costa juris Episcopi Cremonæ, quæ est foris burgi Sancti Michaelis prope Ecclesiam Sancti Sisti juxta vim, quæ dicitur cursum Equorum de Sancto Michaele. Cohäret ipsi pecie de terra a mane turcius de dulci bona, qui detinet per Feudum a parte ipsius Episcopii a meridie predicta Mosa a sero raimundus beniche tenet per feudum a parte Episcopii a monte via, quæ est designata ad hanc petiam de terra, quæ est data ab ipso Dño Episcopo pro dicto Spelta &c. Vides hic memoratam Ecclesiam S. Sisti cum omnibus suis finibus, quæ verosimiliter eadem censenda, de qua mentio habetur in hoc libro, pag. 2. sub Num. IX. ac in honore habita circa tertium Ecclesiae sæculum.

Monument. XXIX. Cum hæc scriberem novum, alterum mihi oblatum est Monument. authenticum ejusdem Presbyteri Episcopi Cremonensis ab egregio viro Petro Cadice Bibliothecæ Gymnasii Præfecto, in quo continetur actus Investituræ factus die Dominico primo die mensis Augusti per parabolam Domini Presbyteri Episcopi ipsius Civitatis &c. ut latius videri potest in ipso Monum. In fine notatur annus, ut in superiori millesimus centesimus sexagesimus tertius.

Monum. XXX. n. 1. his verbis expressum Fridericus divina favente Clementia Romanorum Imperator Augustus Venerabilem Cremonensem Episcopum nomine Presbyterum, & ejus Ecclesiam, & omnia bona acquisita, & acquirenda sub suam Imperiale protectionem suscepit. Intendens autem Dominum fidelem suum Episcopum tam pro honestate sua, quam pro honore Civitatis Cremonæ diligere, & honorare, concedit eidem Castrum Malleo, & ejus Curtem cum suis pertinentiis, atque districtu

salva Imperiali Justitia, dictumque Castrum eximit a quacumque civili actione contra ipsum intentari possit sub pena quinquaginta librarum auri.

*Aëtum anno Dominicæ incarnationis MCLXIV. Indicæ. XII.
Regnante Dño Frederico Romanorum Imperatore Serño anno
Regni ejus duodecimo, Imperii vero nono. Data apud
S. Salvatorem juxta Papiam tertio nonas aprilis.*

Monument. XXX. n. 2. Federicus Imperator per eadem verba
*Veneribili Cremonensis Ecclesiæ Episcopo Presbytero concedit
Castrum de Platena, & illud Castri Franchi, & Curiam
de Lamo cum suis pertinentiis.*

Datum eodem die, & anno apud S. Salvatorem juxta Papiam,
ut supra.

In lib. Privileg. pag. 53.

Monum. XXXI. ex Murator. Antiquit. Medii Ævi Tomo I.
col. 318. affert investituram Marchiæ Guidonis concessam
Henrico Marchioni a Federico I. Imperatore anno MCLXVII.
Eidem interfuerunt tamquam testes viginti Episcopi, inter
quos loco decimonono subscriptus legitur Presbyter Cremo-
nensis Episcopus, tum alii plures Viri Nobilissimi. Notae
sunt = Datum in Territorio Ariminensi IX. Kal. Maji.
Anno Dominicæ Incarnationis MCLXVII. Indicæ. XV. re-
gnante Domno Frederico Roman. Imperat. gloriosissimo.
Anno Regni ejus XV. Imperii vero XII. Aëtum in Christo
feliciter Aimen = Allata documenta de Presbytero Episcopo
Cremonensi confirmat Sicardus in Chron. Col. 160. circa
annum MCLXVII. scribens.

*Ihs temporibus fuit Presbyter nomine Cremonensis electus, qui
licet aliis meritis, & scientia dignus, tamen propter schisma
dejectus est.*

Ex his igitur VII. Monumentis, & testimonio Sicardi manifestum fit *Presbyterum* nomine, cognomento vero de *Medolao* anno *Salutis millesimo centesimo sexagesimo secundo* successisse *Oberto Episcopo*, ex *Monumento primo*, in quo legitur: *Dominus Presbyter Eleclus Episcopus Cremonensis*. Cum autem vocetur *Eleclus*, in cæteris autem *Monumento* omittatur vox *Eleclus*, sequitur *MCLXII.*, annum fuisse primum sui *Episcopatus*, cum vero ibidem *Obertus Episcopus* dicatur *eius prædecessor*, dubitari non potest, quod eidem *Oberto* jam defuncto successerit. Acta quoque, quæ in eodem *Monumento* continentur probant *prædictum Episcopum* nomine *Presbyterum* statim exercere cœpisse munia sui *Episcopatus*. Nam *convocato in propria Curia suorum Vassallorum Parlamento*, *præviis testibus rogatis sententiam tulit contra Rogerium a Prædecessore *Oberto Episcopo* alias vocatum*, quod se recognoscere deberet in *Vassallum ipsius Domini Presbyteri Elecli Episcopi Cremonensis*.

Confirmat exercitium potestatis *Episcopalis alterum*, quod sequitur *Monumentum*, in quo *Blandum, & Alchisium renunciasse legitur investituræ cujusdam petiæ terræ in manibus Domini Presbyteri de Medolao*. Nota est anni *MCLXIII.* In 3. vero, in quo *Fridericus Imperator* anno *MCLXIV.* sub suam protectionem *Imperiale suscipit Venerabilem Cremonensem Episcopum nomine Presbyterum, & ejus Ecclesiam, & omnia bona acquisita, & acquirenda, & concedit eidem Castrum Malleo &c.* non obscure ostendit hunc *Episcopum* in sua *Ecclesia Cremonensi plenam, absolutamque exercere potuisse potestatem, ita ut libere incumbere posset ad munia, quæ pertinent ad dignitatem Episcopalem, ejusque*

exercitium, iisque benefacere, qui erant de sua Ecclesia optime meriti ex libera facultate, qua illis temporibus utebantur Episcopi.

Ex investitura vero concessa Marchiæ Guidonis, quam refert Muratorius factam Kal. Maji anno MCLXVII. ac inter ceteros eidem interfuisse legitur *Presbyter Episcopus Cremonensis*, confirmatur, quo revera nomine appellaretur Episcopus iste, & quod anno suprascripto MCLXVII., & Kalend. Maji ejusdem anni adhuc inter vivos ageret, insuper, quod eo tempore nondum de sua Sede dejectus fuisset.

Sequitur ultimo textus Sicardi, qui narratis iis, quæ evenerant tum Romæ, tum apud Mediolanum anno Salutis MCLXVII. ea subjungit, quæ supra memoravimus ex suprascripto textu, nempe *Presbyterum nomine Cremonensem Eleclum . . . propter schisma dejeclum fuisse*. In hoc textu, & in altero anni MCLXIV. Episcopus iste appellatur *Presbyter nomine*, quod certo arguento est vocem Presbyter designare verum, & proprium nomen ipsius Episcopi, non autem in sensu adjectivo, sed substantivo usurpari. Schisma, de quo mentio fit in hoc textu illud esse potuit, quod ortum habuit eodem anno MCLXVII. Nam Sicardus ibidem scribit Fredericum Imperatorem eo anno *festinum venisse ad Vrbem, & Paschalem Heresiarcham apud S. Petrum in Sedem Apostolicam inthronizasse*, quod constat etiam ex Historia Ecclesiast. apud Pagium, & Baronium. Cæterum quodecumque fuerit Schisma, in quod lapsus fuerit Episcopus Cremonensis nomine *Presbyter*, pro certo habendum est eundem per annos plus minus sex Episcopatui Cremonensi præfuisse, ab anno Incarn. MCLXII. exeunte, quo mense Januario, nempe, ut legitur in Monu-

mento I. ex die tertio decimo Kalendas Februarii, quo jam convocaverat suorum Vassallorum Parlamentum, ad tempus, quo eodem absente apud Ariminum ex recitato investituræ Monumento, schismati deinceps *Paschalis* adhæsisse constat.

Quibus expositis, constitutisque gradum faciamus ad detergundos errores, in quos hactenus omnes Chronographi nostri in Episcoporum Cremonensium Catalogo texendo aberasse evincuntur. Eos autem hoc loco seligam, quos in præstantiss. Viri Zachariæ Libro deprehendi, quod fusius in hoc argomento versatus sit a pag. 109. ad pag. 125. Ac primo quidem, quod maxime interest, refutanda, quæ habet Cl. Vir pag. 125. in nota subjecta, ubi hæc scribit: *Dum apud Muratorium T. 1. Antiq. Italicarum Col. 318. inter Episcopos, qui Investitura Marchiz Guidonis concessæ Henrico Marchioni a Frederico I. Imperat. anno MCLXVII. interfuerunt, Presbyterum Cremonensem Episcopum lego, hunc Oddonem fuisse sentio, & vel ejus nomen ob Amanuensi ridicule deturputum, inque Presbyterum satis inepte conversum, vel scriptum in authographo fuisse: Oddo S. R. E. Presbyter Cardinalis Cremonensis Episcopus, ut temporis injuria verba illa: Oddo S. R. E. Presbyter Cardinalis Cremonensis Episcopus deleta cum reperisset imperitus Librarius; ea, quæ supererant, Presbyter.... Cremonensis Episcopus, bonum illum exscripsisse, nulla, qua aliqua desiderari intelligeremus, addita nota.* En quomodo a summis etiam viris rerum gestarum historia, & chronologia deturpari, & confundi contingat, si vox aliqua ambiguum sensum contineat, eorumque animos in suspicionem inducat, quod a Librariis ob imperitiam cor-

rupta fuerit, & emendatione indigeat. Sed Codicu[m] incorrupta retinenda lectio, nisi manifeste constet aliquid deperiisse, vel vitiatum fuisse, quod supplere oporteat. In præsenti casu, Muratorius omni exceptione major, si aliqua in codice, de quo agimus, lacuna extisset, si quod aliud vitium, illud notare non omisisset. Autographum nullum a vetustate vitium contraxit, nomina tam multa, quæ refert, omnia intacta existunt. Vide Monument. supra allatum N.^o XXIX. Sed quid plura commemoro? Esset sane nodum in scirpo quærere velle, si quis adhuc dubitaret de nomine proprio *Presbyteri* post tot Diplomata, torque genuinos testes, quos supra attulimus, addito etiam cognomine de *Medolao*, & insuper in duobus, *Presbyter nomine* ad omnem æquivocationem auferendam, veræ, & genuinæ lectionis. Præclarissimo Muratorio, cæterisque omnibus vox *Presbyter* fucum fecit, quod de nomine substantivo, & proprio non esset explicanda. Ex quo factum est, ut & Muratorium, cæterosq. omnes in errorem ea vox pertraxerit, aliique deinceps ortum habuerint non pauci, qui omnes modo detergendi.

Cl. Zacharias substituendum censuit *Oddonem S. R. E. Cardinalem*; sed modo ex allatis patet nihil magis a veritate alienum excogitari potuisse, cum eo loco legatur, legendumque sit *Presbyter Episcopus*, ut notæ etiam temporis MCLXII., & MCLXVII. jure requirunt. Detegitur pariter falsitas duarum inscriptionum, quæ ibidem ex Bresciani Libr. Epitaph. afferuntur. In iis enim præter cæteras exceptiones, quibus subjecti sunt hujusmodi lapides, *Oddo S. R. E. Presbyter Cardinalis* nominatur, in secundo lapide *Presbyter*

Card. tituli S. Georgii in Velabro, qui titulus cum sit ordinis Diaconalis convenire nequit, nec unquam tribuitur Cardinali, qui sit ordinis Episcopalis, de quo præterea nulla mentio invenitur alibi, nisi in allatis inscriptionibus, & apud eos, qui ex *Presbyteri* nomine Oddonem Cardinalem, & Episcopum Cremonensem commenti sunt, cum laudato Breseciano. Falsæ etiam eæ inscriptiones probantur ex notis temporum adjectis MCLXV., & MCLXVII. ut patet ex iis, quæ de *Presbytero* *Episcopo* attulimus, ac deinceps clarius constabit.

Idem laud. Zacharias pag. 116. ex Vghellio pag. 821. in Episcopis Cremonen. hæc, quæ sæquuntur exscripta refert: *Idem Obertus anno MCLXIV. a Friderico Imperatore sub Imperiali protectione, ac tutela suscipitur, concediturque Cremonensi Ecclesiæ Castrum de Maleo cum pertinentiis, omni honore, & utilitate. Datum Papiæ Non. Aprilis Imperii IX. extat in eodem Tabulario pag. 49.* En alter error detergendus, qui ortum habuit ex eodem fonte, quo superior, de quo haec tenus diximus. Nam Castrum de Maleo anno MCLXIV. concessum fuit *Venerabili Cremonensi Episcopo nomine Presbytero*, & ejus Ecclesiæ ab eodem Friderico Imp. Datum juxta Papium, ut habetur in Monumento III. superius descripto. Fieri ne potuit, ut eodem tempore ab eodem Imperatore, Oberto, simulque Episcopo *Presbytero* idem Castrum de Maleo concederetur? Adeat quisque Privilegiorum librum, & oculatus testis erit de nomine *Presbyteri Episcopi* non autem de Oddone, ut ego recognovi, ut etiam egreg. Bonafossa antea viderat; & singula hæc fideliter descriperat Monuments, duobus exceptis, recentissime inventis, & a me allatis

vide pag. 81. Mon. XXX. N. 1., & ibi Mon. XXIX. Itaque duo hæc allata Documenta, de quibus haçtenus egimus ad *Obertum Episcopum* minime pertinent, sed ad *Presbyterum* nōmine *Episcopum*, neque nota in iisdem signatæ annorum MCLIV. & MCLXVII. quidquam prodesse possunt ad probandum tempus, quo *Obertus* hanc Sedem Cremonensem retinuerit. Hisce autem reiectis, de quibus nulla ratio haberi potest, haud equidem invenies Monumentum, quod in *Oberto* referat notam anno MCLXII. majorem. Nam quod idem Zacharias habet pag. 124. ex Codice, sive Regesto Cremonensis Episcopii, legi Bullam Alexandri III. cum notis IV. Kal. Junii Indictione I., Incarnationis Domini anno MCLXVIII., quæ incipit = *Dilecto Filio Cremonensi Electo* cum subscriptionibus plurium Cardinalium, qui ibidem nominantur, atque ab eodem hæc notantur: = *Viden? hic Episcopum Cremonensem Electum anno MCLXVIII.?* *Obertus* igitur ante IV. Kal. Junii hujus anni obierat, quod ignoravis *Vghellius* noster; Sed animadverte, post *Obertum*, & ante S. *Emanuelem* omnino constituendum esse *Oddonem Episcopum*, quem idem *Vghellius* ignoravit. Ecce duos lapides, qui *Oddonem* hunc memorant; sed singula hæc, quæ narrat Cl. Zacharias falso, ut ajunt, supposito laborant; nam Bulla, quam citat Zacharias, ad Offredum Episcopum pertinet, qui in eadem Alexandri III. Bulla semel, & iterum clarissime nominatur. (vide illam inferius sub eodem Offredo) Offredus autem immediate successit *Presbytero*, cui cognomen *de Medolao*, qui que, ut supra probatum est, intervallum occupat ab anno MCLXII. ad MCLXVII., quemque Zacharias, cæterique omnes Chronographi ignorarunt, præter Bonafossam, cui

acceptum debemus, quod pleraque documenta ad Episcopum nomine *Presbyterum* invenerit, nobisque servaverit in suo MS. Monument. pag. 95., & seq. Hæc clarius patebunt ex mox dicendis. Sed hoc loco mirari subit, quomodo laud. Zacharias in Bulla Alexandri III. omittere potuerit, vel non viderit Offredi Episcopi nomen semel, iterumque ibidem nominatum, ac propterea ibidem substituendum esse censuerit Obertum, & retinendos esse Lapidès Josephi Bresciani, in quibus, ut supra jam innuimus, mentio fit Oddonis S. R. E. Cardinalis, qui nunquam extitit, atque ex nota temporis in utroque falso, & apocryphi evidenter præter alias exceptiones, quibus subiecti sunt, demonstrantur? Redeamus ad Obertum, de quo paulo supra dictum est nullum extare monumentum, quod referat notam anno MCLXII. majorem, quod falso, & erronee a nostris Chronographis creditum, & admissum ex Monumentis, quæ ad predictum Obertum Episcopum minime pertinent, causa extitit tot errorum, quibus Series nostr. Episcoporum hoc capite infœcta, & corrupta cernitur.

Inter Monumenta, quæ ad Obertum Episcopum spectant, suntque numero XIX., hoc postremum continet Instrumentum Oberti Episcopi pro Reliquiis S. Gregorii, & ejusdem Ecclesiae, quod vide sub eodem Oberto, Monum. num. XXIV. Ejus initium est hujusmodi ≡ *Die Veneris quinto Kalendas Maji in Civitate Cremonæ Dñus Obertus Cremonensis Episcopus declaravit Corpus, & Reliquias B. Gregorii Martyris, & possessiones, & bona ad ipsius Ecclesiam spectantia ad solum Episcopum pertinere &c.* ≡ Infra vero: Hoc autem factum est anno Dominicæ Incarn. MCLXII. Indict. X. &c. Vide Bonafossam in allato sçpē MS. Monum. pag. 94., & seq.

Ne quæso moram faciant notæ, quæ in hoc Oberti Monumento leguntur de die *Veneris quinto Kal. Maii*, & anno *Dominicæ Incarnationis MCLXII.*, quæ comparentur cum iis contentis in primo Presbyteri Episcopi Monumento superius allato, quæque sic se habent: *Anno Dominicæ Incarn. millesimo centesimo sexagesimo secundo Indic. XI. Die Dominico, qui fuit tertio decimo Kal. Februarii.* Nam cum ibidem nominetur *Obertus Episcopus prædecessor*, ideoque eundem jam obiisse significetur, notæ pugnare videntur cum iis, quæ in præcedenti Monumento Oberti leguntur, videlicet = *Die veneris quinto Kal. Maii anno MCLXII.* = quæ notæ propterea designant adhuc Obertum inter vivos egisse. Sed revera minime inter se pugnant utriusque Monumenti notæ, ac rectissime procedunt, si animadvertis unum & alterum Monumentum computandum esse a die Dominicæ Incarnationis, ut Monumenta ipsa exprimunt, atque testantur. Quo posito sequitur Obertum Episcopum ejus anno vitæ postremo MCLXII. ab Incarnatione die *Veneris quinto Kal. Maii declarasse reliquias ad solum Episcopum pertinere.* Presbyterum vero Episcopum ejus Successorem eodem anno exeunte MCLXIL ab Incarnatione numerando usque in diem vige-simam quintam Mensis Martii ejusdem anni currentis, die Dominico, qui fuit tertio decimo Kal. Februarii, in curia sua parlamentum habere potuisse, ac propterea notas superscriptas sibi minime contradicere, eoque tempore Obertum in primo Presbyteri Episcopi Monumento recte *Prædecessorem* nominatum fuisse. Ex his concludendum Obertum Episcopum decessisse post diem Veneris quinto decimo Kal. Maii, anni ab Incarnatione MCLXII.; *Presbyterum* vero successisse post

idem tempus ante diem XXV. Martii ab Annuntiatione futurum. Cum vero tempus aliquod intelligendum sit effluxisse ad convocabandum Parliamentum in Curia sua, habes medium tempus, quo Oberti obitus, & Presbyteri Episcopi successio recte assignetur.

Quibus tandem omnibus explanatis, constitutisque concludendum est Auctores nostros Blasium Rubeum, qui Oberti mortem signat anno MCLXX., Vghellum, qui notat annum præcedentem MCLXIX., Zachariam, qui pag. 125. Libri sui admittit ann. MCLXV., vel præcedentem, cæterosque omnes in statuendo anno Oberti Episcopi emortuali longe a veritate abiisse, ideoque emendandos esse. Aliqua tamen excusatione digni videntur, vel quod Presbyterum Episcopum Oberti Successorem ignoraverint, vel quod admittendum non putaverint, licet in quibusdam jam Monumentis clare expressum, quæque ab ipsis etiam afferuntur, innotescere debuisset. Non omittendum hoc postremo loco innuere, quod a laudato saepe Zacharia Libri sui Episc. Cremon. pag. 117. afferuntur bini Lapides sub Oberto Episcopo, quorum primus spectare scribitur ad *Dominum Petrum de Stanghis Cremonæ Episcopum*, qui Ecclesiam S. Vincentii Martyris exerxit, et ædificaverit sumptu suo, *Calixto II. Pont. Max. regnante &c.* Sed cum hanc Inscript. præclariss. vir repudiaverit in posteriori Libro suo *Excursus Litterar.* pag. 63., ob eam formulam Callisto Pontifice Max. regnante, quemadmodum etiam ibidem alteram Sicardi Episcopi ab eo allatam in eodem Libro Episc. pag. 131. eadem de causa respuit, scribens: *Hinc etiam non difficile rejicerem Inscriptionem aliam &c.* nihil hic addendum. Alter vero Lapis emortualis ejusdem

Petri Stanghæ, in quo legitur ipsum per novem annos vigilissime rexisse hanc Ecclesiam, atque obiisse anno MCXXVII. die XIX. mensis Junii æque repudiandus, quod Oberto pariter vivente positus dicatur, aliisque præterea vitiis labore, quibus reliqua Bresciani merces infecta noscitur, & a sacris Ecclesiæ Cremonensis Codicibus exulare debet. Optandum fuisse, ut Cl. Bonafossa, qui *Presbyterum Episcopum* detexerat, cæteris abjectis falsis, & apocryphis Episcopis, quos admittit, & approbat, ea tantum, quæ ad Ober-
tum pertinent bono in lumine collocare studuisser, tam in serie Monumentorum pag. 95., & seq., quam in Catalogo Episcoporum. Eo pacto punctum omne tulisset. Verum cum incertus, & hærens dubitat, dum authenticis monumentis addit, miscetque, quæ falsa, & apocrypha habenda, nihil proficere potuit, remque infectam reliquit. Ad eorum temporum potius methodum, & phrasim accedit inscriptio ab eodem Zacharia allata pag. 120., quam in exemplum subjicere præstat.

ANNI MILLENI CENTVM QVADRAGINTA NOVENI
 SVNTQVE KALENDENNIS VNDENAE MENSE NOVEMBR.
 SIC INDICTIONE DVODENNIS SI BENE QVAERIS
 CONSECRAT HANC ARAM DOM. CVI NOMEN OBERTVS
 IN QVA SANCTORVM REQVIESCVNT CORPORA TRIVM
 CHRISTOPHORI, BLASII QVOQ. MARTYR., AC FLORIANI
 PRO MERITIS QVORVM CVRANTVR CORPORA LAPSA
 ERGO CUM SVMMA DONEMVS MVNERA LAVDE.

XLIX.

PRESBYTER cognomento de Medolao electus anno exeunte
 MCLXII. ab Incarnatione, dejectus ab Episcopatu anno
 MCLXVII.

NOTAE

Tam multa jam attulimus, probavimusque de hoc Episcopo, cuius nomen extitit *Presbyter*, cognomen vero *de Medolao* sub ejus Decessore Oberto, ut hoc loco nihil addere oporteat, nisi quod novus, atque hactenus anecdotus accedit ad augendum legitimum Catalogum Cremonen. Episcoporum, atque ad excludendos cæteros, qui ejus locum indebite occupaverant.

L.

S. EMANVEL Cisterciensis Ord. Electus a. d. Kal. Maji anni MCLXVII., vita functus die 27. Februarii anni MCLXVIII.

NOTAE

Merula noster in Sanctuario Cremonensi, de Sanctis omnibus agens, qui Cremonæ, vel in ejus Diœcesi celebrantur, vel quorum ibidem sacræ Reliquiæ adservantur, nullam plane mentionem facit de Emanuele Episcopo, idem dicit de cæteris nostris Chronographis, ut non immerito suspicio oriri posset eumdem hujus nostræ Vrbis Episcopatum nunquam administrasse; tanta enim est Civium meorum pietatis opinio apud me, ut fieri non potuisse putem, si ille hanc Cathedram Episcopalem tenuisset, quod omnis de eo memoria plane deleretur. Verum cum Vghellius ejusdem Ordinis testis sit ejus Episcopatus, quem brevissimum extitisse narrat, paucorumque mensium, de eodem autem tam frequens mentio habeatur in Cisterciensium Annalibus, tum apud Auctores ejusdem Ordinis, in Menologio insuper Henriquez, & Bucelini, qui duo Beati titulum eidem tribuunt, denique in Kalendario ipso Cisterciensi sub die XXVII. Februarii, quo ad Superos migrasse traditur, factum fuisse arbitror, ut Ema-

nuel Episcopus fuerit quidem electus, sed ad suam regendam Ecclesiam morte p̄æventus pervenire non potuerit. Eodem autem longe a finibus nostris obeunte, nam erat Monachus S. Bernardi in Frisia, omnem de illo memoriam apud nos brevi intercidisse. De brevissimo autem tempore ejus Episcopatus hanc innuere sufficiat probationem, de qua deinceps clarius constabit. Ejus Successor Offredus jam electus fuerat ad hanc Sedem quarto Kal. Junii anno MCLXVIII., *Presbyter* Decessor Emanuelis ob schisma, cui adhæserat, dejectus fuerat anno MCLXVII., postquam Kalendis Maji interfuerat Investiturae Marchiæ Sidonis. Ipse Emanuel Episcopus decessit die 27. Februarii an. ex cit. Kal. Cisterciensi. Itaque non plusquam sex, aut septem menses ad summum computari possunt a tempore dejecti *Presbyteri* ad diem 27. Februarii Emanuelis emortualem, habita ratione earum rerum, quæ præcedere debuerunt in dejicio *Presbytero* schismatico a Sede Cremonensi, & in eligendo Successore S. Emanuele.

L I.

OFFREDVS DE OFFREDIS Nob. Cremonensis electus IV. Kal. Junii anno MCLXVIII. Vita funetus IV. Idus Aug. anno MCLXXXV.

NOTÆ

Rubeus in Diptycha, quem sequuntur plerique ex Chronographis nostris, signat annum MCLXX., quo Offredum ad hanc Sedem electum putavit. Sed Alexandri III. Bulla, quam Cl. Zacharias Libri sui *Series Episcoporum Cremon.* pag. 127. haud recte censuit spectare ad S. Emanuelem, ex eaque nescio, qua de causa omisit referre Episcopi nomen, quod in illa semel, & iterum clarissime scriptum legitur Offredi, ex

qua Bulla omnis etiam dirimitur controversia de tempore electionis ipsius Offredi in Episcopum Cremonensem. Nam data fuit quarto Kalendas Junii Indic. I. Incarnationis Dominicæ anno MCLXVIII. Pontificatus vero Domini Alexandri Papæ III. Anno nono. Incipit autem: *Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilecto Filio Offredo Cremensi Elecتو. Devotionis, & fidei puritatem erga Romanam Ecclesiam conservare, & remunerari intendens, Offredo, ejusdemque Ecclesiæ concessit, & donavit duas Plebes Pa- piensis Episcopatus &c.* Vide illam inter Monumenta sub Num. XXXII. Notæ vero, quæ in hac Alexandri III. Bulla habentur mirifice confirmantur ex *Alberti Majoris Ecclesiæ Presbyteri descriptione*, quam præmittit initio Martyrologij sui in fol. pergameno a se absoluti, ut ibidein legitur = *Temporibus Alexandri tertii extremo illius anno, Pon- ficatus Offr.... in Episcopali Cathedra residente an. tertio decim.... In fine vero additur. Anno Dominicæ Incarnatio- nis millesimo centesimo octuagesimo primo Indictione tertia- decima.* A quodam male seriato homine sublata imagine, quæ in opposita pagina depicta fuerat, dimidiatum superfuit Offredi nomen, de quo tamen nulla suboriri potest dubitatio. Hinc notæ omnes mire inter se consentiunt, quæ ibidein reliquæ sunt. Annus extremus Alexandri III. fuit an. MCLXXXI., quo ille vitam cum morte commutavit Ti- pherni III. Kal. Septembr., ut Fasti Ecclesiastici fidem faciunt. Recte igitur ab illo Auctore Synchrono signatus annus *Millesimus centesimus octuagesimus primus.* Cum igitur ibi- dem quoque notetur annus *tertius decimus*, quo Offredus in Episcopali Cathedra residebat, consequens erit ejus electionem

consociandam esse cum anno MCLXVIII. Nam si a labente anno MCLXXXI. detrahas annos tredecim prodibit annus suprascriptus MCLXVIII., quo die IV. Kal. Junii statuitur Offredi ele^{ctio}. Notandum autem Martyrologii Auctorem ea scriptis mandasse ante diem IV. Kal. Junii anni MCLXXXI., ut ex ipsa ejusdem computatione clare infertur. Cl. Zacharias, qui in Præfatione pag. V. suprascripti Alberti verba attulerat, tamen neque ibidem, neque in Serie Episcoporum pag. 127. in addition. ad Vghellium, quidquam attigit de ejus errore, quo ad initium Episcopatus Offredi.

Sub eodem Alexandro III. Offredus Episcopus statuta edita a Canonicis, & a Capitulo Ecclesiæ Cremonensis confirmavit. Anno vero MCXXC. interfuit Concilio Lateranensi Romæ habitu, cuius nomen subscriptum inter Patres Provinciæ Mediolanensis legitur apud Martene Veter. Scriptor. Tomo VII. pag. 82. Appellatur vero *Vmfredus Cremonensis Episcopus*. Summopere laudatur a Scriptoribus, quod fuerit vir simplex, & rectus, summaque pietate prædictus. Euindem obiisse constat teste Sicardo ejus Successore anno MCLXXXV. Dies ipsius emortualis extitit V. Idus Augusti, ut in Necrologio hujus Ecclesiæ adnotatus legitur, in quo etiam in ejus laudem hæc subjiciuntur

*Scribitur hic obitus nobis merito memorandus
Nobilis Offredi præsulis eximii
Qui donante Deo sapiens, mitisque pudicus
Justitiæ cultor, pacis amator erat
Hæreticis stimulus, redeuntibus umbra salutis
Debilibus gressus, os, oculusque manus
Consilium Cleri, commissæ gloria plebis
Solamen miseris, pauperibusque pater.*

In hoc tam illustri omnium virtutum avito exemplari habes,
candide Lector, vivam, & expressam imaginem optimi nostri
Antistitis, quem diu sospitem, & incolumem conservet
D. O. M. ad suæ Cremonensis Ecclesiæ decus, & ornamentum.

. LII.

SICARDVS Cremonensis electus anno MCLXXXV., vita fun-
dus VI. Idus Junii MCCXV.

N O T A E

Testis est ipse Sicardus in Chronico Col. DCIII. ex Vindobonensi Codice de sui Episcopatus initio, in quo hæc habentur ad An. MCLXXXV. = Quo anno ego *Sicardus præsentis Operis Compilator, & Scriba Cremonæ licet indigne electus sum ad Episcopale Officium* = Vide Murator. Rerum Italicar. Scriptores Tom. VII. pag. suprascripta DCIII. Fuit vir prudentia, doctrina, rerumque humanarum, divinarumque scientia præstantissimus. Anno MCXCVII., die XIII. Novebris Homobono Civi nostro Cremonensi non sine eximio sanctitatis odore morienti astitit. Post ejus autem obitum ipsemet Sicardus Romam profectus omnem operam, studiumque posuit, ut firmis, idoneisque probationibus, & testibus Servi Dei Heroicas virtutes demonstraret. Ex quo factum est, ut id quod maxime optaverat, sit consecutus, Bullam nempe Canonizationis S. Homoboni a Summo Pontifice Innocentio III. obtinuerit. Nam, ut expressis verbis in ea legitur = *Ven. Frater noster Sicardus Episcopus vester multis Viris Religiosis, & aliis honestis personis de sua Diæcesi comitatus, cuiusdam beati viri, & re, & nomine Hominis boni vitam, & actus, nec non & modum transitus ejus humiliter Nobis aperuit, in quibus & sandæ ipsius degustavimus conversationis*

odorem , Deumque mirabilem , & opera ejus in fide cognovimus , & prædicavimus gloriosa &c. ≡ Data fuit Bulla pridie Idus Januarii Ponficiatus Innocentii III. Anno primo . Ex his itaque patet quam benemeritus extiterit Antistes Sicardus de Patria , de Civibus , ac de Ecclesia Cremonensi . Vide Monum. XXXIII.

Celebris est controversia , quæ orta fuerat de interpretatione notarum hujusmodi Bullæ , de quibus Chronographi nostri in plures , dissidentesque sententias abierant . Sed postquam ab Illmo , optimoque Antistite nostro Homobono Offredi interrogatus fuit Hieronymus Tiraboscus , & ab isto Cajetanus Marinius utrique præstantissimi Viri , duarumque insignium Bibliothecarum Præfecti , Estensis , & Vaticanæ , ac in antiquis omnis generis Monumentis versandis exercitatissimi judicium suum prorulerunt , quæstio omnis finem habuit , atque omnibus modo persuasum est interpretandas esse eas notas chronologicas , quæ nexus proprio eorum temporum in Bullis addebantur de *Pridie Idus* . Ac revera minime desunt exempla ad rem confirmandam . Haec autem mihi ostendit humanissimus , idemque Doctissimus Petrus Cadice illustris Bibliothecæ Gimnasii Cremonensis , & ipse Præfetus , ob suam singularem eruditionem , atque in antiquis interpretandis Monumentis peritiam summopere laudandus , ut de cæteris modo præclaris ejus dotibus sileam . Sunt autem Bullæ Innocentii IV. , Gregorii IX. , aliorumque Summ. Pontificum , qui proxime attingunt tempora , quibus emissâ fuit Bulla Canonizationis S. Homoboni . Eadem , quæ deperdita putabatur , servatur modo summa diligentia apud Antistitem nostrum in ejus Tabulario .

In iis enim, ubi nota scripta fuit unico ductu sic (1) simpli-
cem unitatem indicat; si vero non eo modo signatam vi-
deris, sed hoc alio (2), eamdem interpretari oportet de bi-
nario numero. Talis est autem nota in Bulla Canonizationis
S. Homoboni, sic nempe expressa (3) addito hoc nexus ad
exprimendas Idus (4) Adduntur autem aliæ unitates, sed
simplices cum major dierum numerus esset exprimendus hoc
paſto (5) (6) &c.

Notatu dignum quod in antiquo nostræ Ecclesiæ Cathedralis
Martyrologio, quod ad annum MCLXXI. Offredi Antistitis
tempus speſtat, loco scribendi pridie Kal., pridie Non.,
pridie Idus, perpetuo adjectae inveniantur binæ unitates more
Romano hoc paſto II. KAL., II. NON., II. Idus. Atque
idipsum factum cernitur in Necrologio, quod Martyrologio
adnexum conspicitur. Idem præterea servatum invenies in
triplici Kalendario ex totidem Manuscriptis Ecclesiæ Cathe-
dralis, qua vide edita a Cl. Zacharia in fine Libri sui Episcop.
Cremon. pag. 259. Neque in nostris solum sacris libris hujus
generis similia exempla habentur, sed in aliis etiam, exte-
risque non paucis. Vide præ ceteris Sebastiani Donati Li-
brum, cui titulus *De Dittici degli Antichi* pag. 233., ubi
Appendicis loco Necrologia quedam, & Martyrologia in-
edita afferuntur. Haec itaque singula, quæ commemoravimus
argumento sunt jamdiu apud Auctores nostros, aliosque,

(1)	(2)	(3)	(4)	(5)	(6)
J	y	y	ꝝ	ly	lly

omissa nota *Pridie* substitutum fuisse binarium numerum Romanum II.; in Bullis autem, quas memoravimus in usu receptam notam (7). De nexus adjecto ad exprimendam vocem *Idus*, quoniam (8) longum in medio scriptum conspicitur eadem ratione, & forma, qua prima litera mensis (9) Januarii in autographo, quodque immediate sequitur, adiecta insuper per transversum litera (10) ut in eodem autographo, dubitari nequit, quin nexus ille interpretari debat de nota *Idus*. Atque de his satis.

Redeamus modo ad Sicardum nostrum, & ad ejus præclare gesta breviter indicanda prosequamur. Anno MCCIV. ex Armenia redux cum Petro S. Sedis Cardinali Legato, apud Constantinopolim in celeberrimo S. Sophiae Templo, ejusdem jussu Legati solemnem Clericorum Ordinationem peregit. Anno MCCIX. ut refert Abbas Vghellius, trajecit in Orientem cum milibus quam plurimis Cruce signatis ad Terræ Sanctæ subsidium ferendum. A Gregorio VIII. Summo Pontifice amplissimum obtinuit privilegium pro confirmatione omnium bonorum hujus Ecclesiae Cremonensis. Bulla data fuit Incarnationis Dominicæ anno MCLXXXVII. Pontificatus primo, cui Bullæ se subscripsit idem Pontifex cum aliis octo S. Ecclesiae Romanae Cardinalibus. Vide Monum. XXXIIII. Plura edidit præstantis ingenii sui opera, quæ recensentur ab Arisio nostro in Cremonæ Literatæ Tomo 1. pag. 87. & seq.

(7)	(8)	(9)	(10)
y	J	J	J

Sed inter ea præcipue summis laudibus celebratur ejus Liber, qui Sicardi Chronicum inscribitur, magnamque ex eo sibi nominis famam comparavit. Sacra B. Hymerii ossa in Arca decentissime ornata reposuit, ad cuius rei memoriam posita fuit inscriptio, quæ constat his quatuor versibus verisimiliter ipso auctore Sicardo

*Quatuor exemptis annis de mille ducentis
Fabricat hanc Arcam Præsul Sicardus, & Aram
Qui triduo tandem perfecto sacrat eamdem
Anno dotatus undeno Pontificatus.*

Hæc pauca ex instituto nostro de tam egregio Viro sufficient, plura, qui volet adeat Muratorium in Præfatione ejus Chronicæ, cæterosque numero plures Scriptores, qui honorificam de illo mentionem faciunt. Suam Cremonensem Ecclesiam summa pietate, & prudentia ad diuturnum tempus annorum XXX. administravit. Vitam cum morte commutavit anno Aeræ vulgaris MCCXV. die VIII., Junii mensis, de quo emendandus Rubeus, cæterique, quibus perspectum non fuit Necrologium nostrum, in quo ad VI. Idus Junias, præmissis hujusmodi Versibus, legitur.

*Præsul Sicardus virtutum Mystica Nardus hic obiit cuius....
fama fuit.*

Vbi puncta notata sunt, quid exprimere voluerit Auctor divinari non potest, facile autem fuerat scribere: Maxima fama fuit, vel similia: sequitur

A. D. MCCXV. *Sicardus Cremonensis Episcopus requievit a laboribus suis, cuius beneficio habemus Crucem Sanctam, & Corpus S. Homoboni, & brachium S. Maximi Episcopi, & Confessoris, & duo Candelabra magna, item unum librum, qui dicitur Mitrale.*

L I I I .

DE MADALBERTIS Homobonus Cremonen. electus anno
MCCXV., vita funetus Anno MCCXLVIII.

N O T A E

Cum Sicardus, de quo haecnen dictum est in extremis vitæ suæ versaretur, Capitulum hujus Cathedralis Ecclesiae ad novi Antistitis electionem deveniens, major pars Archipresbyterum elegerat, minor vero Archidiaconum. Sed utraque electio ab Innocentio III. reprobata fuit ob nullitatis vitium. Nam prima electio facta fuerat nondum Sicardo Decessore Sepulturae tradito, secunda vero quod nondum prima abrogata fuisset, ut ex Canonicis legibus necessario fieri oportebat. Indictis itaque novis Comitiis, habitisque, a Capitulo unanimi consensu in locum demortui Sicardi suffectus fuit Homobonus de Madalbertis, eodem anno, quo ille decesserat, anno nempe MCCXV., ut Rubeus in Diprycha recte notavit, cæteri vero Chronographi omnes a vero aberrant ejus electionem in annum sequentem rejicientes MCCXVI. Nam cum illi cum eodem Rubeo admittant Homobonum interfuisse Concilio IV. Lateranensi, fateantur quoque oportet ejus electionem assignandam esse anno MCCXV. Ne dubites vero de anno, quo habitum fuerit Lateranense Concilium, adi Annales Ecclesiasticos. Concil. Labei Tomo 22. Col. 108. ubi haec habentur, ut alios omittam, ex Rainero sub anno MCCXV. *— Prima dies Synodi fuit in festo S. Martini, secunda XII. Kal. Decembris, tertia die festo S. Andreæ completa est sancta, & universalis Synodus.* Obiter autem hic quædam addamus de ejusdem Homoboni Episcopi consecratione, de qua quidem nihil Rubeus, sed cæteri

Chronographi statuunt factam ab Honorio III. anno MCCXVII. Nihil autem magis inverisimile puto, quam quod ea in annum usque MCCVII. protracta fuerit. Nam cum Episcopi in Conciliis gradum inferiorem teneant, si tantum sint electi, alisque insignis Episcoporum propriis, titulisque ea parte careant, ipse vero Homobonus electus Romam se contulerit, ex dictis supra, ut Concilio Lateranensi interesset, credibile non est eumdem non curasse, ut antequam illud initium haberet, consecrationem suam consequeretur in tanto numero Episcoporum, qui ad Concilium celebrandum Romam eodem tempore accesserant. Ex Actis vero ejus Synodi generalis fuere quadringenti duodecim Episcopi, qui interfuerent. Verisimillimum itaque, quod Homobonus electus Episcopus anno MCCXV., quo etiam aëtum Lateranense Concilium, consecrationis honorem quoque eodem anno sit assecutus, clavum Ecclesiae adhuc regente Innocentio III., qui superstes extitit usque in diem XVII. Kalendas Augosti anni MCCXVI., peracta jam Synodo oecumenica Lateranensi, Honorius vero tertius, biduo vix intermedio ad Pontificiam Cathedram assumptus fuit, ac die Dominico, IX. Kal. Augosti coronationis suæ insignia accepit. Vides ergo quantum effluxerit temporis, quo Homobonus consecrari potuerit etiam Synodo Lateranensi jam peracta, antequam Honorius Apostolicam Sedem ascenderet. Ideoque ultro consenties audiendos non esse Chronographos nostros, qui Homoboni consecrationem tamdiu differunt, & usque in ann. MCCXVII.

Cum Honorius S. P. initio sui Pontificatus intellexisset graves discordias ortas esse inter Cives Cremonenses, ita ut ad Civile bellum ventum esset, eos suis Apostolicis literis gravi-

ter hortatus, ac etiam deprecatus est, ad pacem, & concordiam ineundam, ut pater ex ejus datis literis Laterani sub die VIII. Februarii anno sui Pontificatus primo. Vide Campi Histor. Triennio autem post cum opera Vgolini Episcopi Hostiensis inita fuerit pax a nostris Civibus, & Parmensisibus, cum Mediolanensis, & Placentinis, summopere lætatus idem Pontifex sud die XXIX. Januarii anni MCCXIX. dedit Laterani alias literas Apostolicas populo, & civibus Cremonensis, quos maxime laudat, quod suis monitis inhærentes optatam pacem conciliaverint. Atque hic addere præstat aliud Breve Innocentii IV. datum Lugduni anno Pontificatus sui IV., quo Civitas reconciliata pace sub protectione S. Sedis suscipitur. Vide Monument. XXXV. Atque hæc afferre placuit, quod in nostræ Vrbis laudem redundant. De Episcopo vero hæc memoratu digna, quod statuta edita a Canoniciis, & Capitulo confirmaverit, quod sub ejus Epicopatu Cremonam venerit Divus Dominicus ad visendum S. Franciscum Cremonæ tum commorantem, & Monasterium suis recens institutis Fratribus erigentem, demum quod cum a suo Metropolitano Mediolanensi se subtrahere tentasset, ab incoepio pedem retraxerit hortatu in primis Gregorii IX. Decessit Homobonus die V. idus Octobris, anno MCCXLVIII., ut constat ex Necrologio nostro, addito etiam elogio, ut sequitur

MCCXLVIII. Obiit Dñus Homobonus Cremonensis Episcopus

Vir virtutum titulis multis insignitus

In sacris eloquii, & jure peritus

Ac ab actu melius meliore dictus

Madalbertus genitus fuit, & nutritus.

L I V I L .

BONVS Joannes de Geroldis Cremonens. Electus an. MCCXLVIII.,
sed ab Innocentio IV. exauktoratus.

N O T A E

Mortuo Homobono de Madalbertis Capitulum , & Canonici Comitia habentes pro eligendo Successore , iterum discordes fuere , ut in superiori quoque Episcopo accidisse vidimus , atque eorum pars nominaverat Joannem Bonum Ecclesiæ Cathedralis Archidiaconum , pars altera Bernerium de Summa ejusdem Cathedralis Canonicum . Sed prima Archidiaconi Jo. Boni , nondum anno elapso , ab Innocentio IV. per Legatum suum Gregorium de Monte-Longo Apostolicæ Sedis auctoritate reprobata , Bernerius , consentiente Legato Apostolico , ad legitimam hujus Episcopalis Sedis possessionem pervenit . De quo deinceps dicemus . Vide Monum. XXXVI. Joannes igitur Bonus inter Pseudo-Eponymos Episcopos rejiciendus , quod ejus *Electio fuerit attentata* , ut in Innocentii Epistola declaratur , nec unquam Episcopalem Consecrationem obtinuerit . De eo tamen hic innuere lubet , quod licet Episcopatus honore , & dignitate privatus extiterit , tamen erga patriam amantissimus , & in pluribus sacris ædificiis extruendis , ornandisque , præsertim Episcopali Palatio , ejusque Curia , & in ipsis etiam solvendi debitis fuerit munificentissimus . Hæc fuisse descripta reperies apud Arisium Crém. Lit. T. 1. pag. 115. Ejus elogium pluribus in Inscriptionibus exaratum habes ibidem , tum in Necrologio , ex quo emendandi cæteri omnes , qui vel in anno , vel in mense , aut in die ipsius emortuali assignando a vero aberrarunt . En quæ in Necrologio continentur in fine post Beneficia Joannis Boni fuisse exposita . Vide Monum. XXXVII.

*Anni tunc currebant ducenti mileni
Simul cum duodecim atque quinquageni
Ineunte sextili quartus fuit dies
Ejus sit remedium sempiterna quies
Amen.*

Itaque decessit anno MCCLXII. mensis Augusti, die quarto. Rubeus in Diprycha cum annum, & diem recte posuerit, erravit in mense *Septembri* designando. Nam Romani in honorem Augusti Cæsaris, loco sextilis cum mensem ita appellarunt, ut Julianum mensem loco Quintilis ad honorandum Julii Cæsaris Dictatoris nomen, ejusque memoriam. Brescianus in Libro *Rose e Viole*, notat diem XXIX. Mensis Augusti, annum vero MCCLXV. omnia mendose, præter mensem Augustum. Est inscriptio similis plane Lapii, quem tradit Arisius loco superius cit. positum in Cathedrali, ut asseritur, ad ejus Tumulum, qui sic se habet

JOANNES BONVS DE GEROLDIS EPISCOPVS CREMONAE JAM ELECTVS HIC CORPORE SVO JACET QVI OBIIT DIE XXIX. MENSIS AVGVSTI ANNO DOMINI MCCLXV. ORATE PRO EO.

Ex qua detegitur duplex error, nempe XXIX. Augusti, & in anno emortuali MCCLXV. Reliquos omitto, sed silentio præterire nequeo Cl. Bonafossam, qui cum in suo MS. Episcoporum Cremon. testetur se vidisse in Necrologio nostro amplissimum Joannis Boni elogium, quod equidem vel ex ipsa scribendi ratione, & forma omnem sibi fidem conciliat, ipse tamen ex sepulcrali inscriptione Bresciani, de qua nullum extat vestigium, nec quisquam unquam illam se vidisse testatus est, prætulerit pro emortuali Jo. Boni, annum

MCCLXV. Si res ita se haberet actum esset de monumentis, quantumlibet authenticis, & omni exceptione majoribus. Hunc Vghellius omisit, quod ut puto, fuerit Jo. Bonus ab Innocentio IIII. exauktoratus, ut & Zacharias de eo silet.

L V.

BERNERIVS de SVMMA electus anno MCCXLVIII., sed anno tantum sequenti a Pontificio Legato legitime Episcopatum obtinuit. Decessit ante annum MCCLXI.

NOTAE

Diximus jam sub præcedenti Episcopo Pseudo-Eponymo Jo. Bono ex discordia Capituli electis duobus hunc dejectum, & reprobatum fuisse anno sequenti MCCXLIX. post diem IV. Kal. Aug., quo emissa fuit Bulla approbationis Innocentii IV., quam vide sub Jo. Bono. Sed nimis infasto omniē id ei accidit, namque anno nondum elapsō cum Marchio Vbertus Pallavicinus Cremonæ tyrannidem occupasset, ut scribit Vghellius, cæterique Auctores nostri, Bernerium cum tota sua Familia, fortunis omnibus, censuque episcopali spoliatum in exilium ejecerit, eoque propterea inopie devenerit, ut ad sustentandum tam ærumnosæ vitæ statum pro centum Marchis argenteis bona Episcopatus obligare debuerit, petita ab Alexandro IV. facultate, ut patet ex Bulla ejusdem Pontificis, quæ data fuit Idibus Februarii Pontificatus vero anno III. qui respondet anno Salutis MCCLVI. Extat apud Campum, & apud Zachariam Libri sui pag. 136. Vide Monument. XXXVIII. Ex hoc infelicissimo rerum statu, in quo versabatur tunc Bernerius, obiter hic animadvertere præstat Jo. Bonum, de quo dictum est Num. præcedenti, favente parte adversa, facile eodem tem-

pore obtinere potuisse temporalem Ecclesiæ Cremonensis administrationem; idque eidem incitamento fuisse, ut tot beneficia conferret in hanc Ecclesiam, & Episcopatum, ob idque etiam ei tribui potuerint, nemine contradicente, tituli *Episcopi jam Eleæti, Dei gratia Archidiaconi, & Generalis Procuratoris in spiritualibus, & temporalibus Ecclesiæ Cremonensis, ut quidam lapides eorumque subscriptiones apud Arisium eloquuntur.*

De Bernerii obitu nihil certi habemus. Statuendus tamen circa annum MCCLX., vel sequentem. In Necrologio ejus nomen desideratur. Rubeus in Diptycha longe a veritate aberrat, dum ejus morte in assignat anno MCCLXXI. Nam decennio ante ejus Successor Cacciocomes de Summo potestatem fecit Priori, & Fratribus S. Augustini, ut primum lapidem posserent pro extruenda *nova Ecclesia in Contrata S. Jacobi in Brayda.* En ejus Epistolæ notæ, quæ in fine leguntur: *Datum Viterbiæ IV. Non. Decembris Pontificatus D. Urbani IV. anno primo.* Scripta fuerat hæc Epistola Archipresbytero Cremonensi absente Episcopo, quæ cum pervenisset Cremonam, ad eamdem notam faciendam præmittuntur initio ejusdem Epistolæ hujusmodi notæ: *Anno Dominicæ Incarnationis MCCLXI. Indictione IV. die XII. intrante Februario Cremonæ &c.* Vide Monum. XXXVIII. ex Zacharia lib. sui pag. 137. Itaque ex hujusmodi notis se manifestat primo loco error Vghellii unius decennii in statuendo initio Episcopatus Cacciocomitis. Secundo sequitur computationem in hac Epistola institui a die Dominicæ Incarnationis, ut in eadem etiam exprimitur. Quod revera hoc argumento clare evincitur. Urbanus IV., e vivis erepto Alexandro IV.,

die XXV. Mensis Maii anni MDCCLXI., in ejus locum successit die XXV. Augusti ejusdem anni. Cum igitur Epistola Cacciacomitis Episcopi absentis data fuerit, ut supra, die IV. Non. Decembris, anno primo, et notæ initio ejusdem Epistolæ signent annum Dominicæ Incarnationis MCCLI. die XII. intrante Februario, explicitur oportet de eodem anno ab Incarnatione usque in diem XXV. mensis Martii futuri.

LVI.

CACCIACOMES de Summo electus exente anno ab Incarnatione MCCLXI., vita functus anno MCCLXXXVIII. Indict. prima, Die Veneris XVI. Julii.

NOTAE

Sui Episcopatus initio scripsit Epistolam Priori, & Fratribus S. Augustini pro facultate ponendæ primæ Petræ in extruenda ipsorum Ecclesia. Vide illam sub ejus Decessore Bernerio. Notatu dignum sub hoc Episcopo, quod B. Facius arduæ penitentiæ per annos quinquaginta, & amplius exercitæ, aliisque piis operibus clarus, non sine sanctitatis fama decesserit, atque in majori Templo honorifice sepultus fuerit. Dies ejus emortualis signatur in Necrologio n. = *Die Lunæ XVIII. intrante Januario MCCLXXI.* = adjecto elogio, quod vide apud Zachariam pag. 38. Cacciacomes quoque inter intestinas Civium discordias Episcopatum tenuit, rexitque per plurimos annos, ut patet ex actu Investituræ factæ anno MCCLXXXVIII. die XXVII. Martii. Vide Monum. XL. In Necrologio nostro de ejus obitu hæc adnotata leguntur = *XVII. Kalend. Aug. obiit Venerabilis Pater Dominus Cacciacomes Cremonensis Episcopus sub Mill. CCLXXXVIII. Indict. prima die Veneris XVI. Julii.*

LVII.

PONZONVS PONTIVS Nob. Cremonensis Electus anno
MCCXXCVIII., vita functus anno MCCXC., die XIV. Julii.

NOTAE

Miror equidem præclaros Viros Zachariam, & Bonafossam, qui
præ manibus habuerunt Necrologium nostrum, illudque ci-
tant, ubi de Bonizi, sive Bonizonis Episcopatu & Cardinalatu
verba faciunt, & adjectam ibidem epigraphen referunt non
vidisse integrum elogium, quod ibidem assertur, haud equi-
dem Bonizoni, sed nobili Viro Ponzeno tribuendum, ubi si-
mul signatur annus, & dies ipsius emortualis. Res ita se
habet. Adnotatum antea fuerat in Necrologio ad II. ID.
Augusti suo loco literis ex minio tinetis (11) *EPS Bonizo.*
7 Cardinal inxpo'. Postea vero cum obiisset Ponzonus
Episcopus eodem die, II. Idus Augusti, literis atramento
exaratis, ubi locus quaquaversum vacuus sinebat, addita
fuit integra hæc epigraphe, quam hic subjicio

(11) *Altis (sic) a natalibus Ponzo sic vocatus*

Façis fulsit talibus q. condecoratus

Est Pontificalibus infulis & datus

Rite Cremonensibus pastor & platus

Sed quia nil stabile, rerum in natura

Et omnis, ut fragile caro vas casura

Caput ecce nobile, tollunt mortis jura

(11)

(12)



Det Deus ut animæ bona permansura
Ad marginem vero e conspectu versuum
Relicta vacua lacuna, ubi nomen, &
Inscriptio Bonizonis, hæc sequuntur
Sero sexta Feria
Transit quarto deno
Julii Dominica
Datur Mausoleo
 hic spatium extat inane e conspectu nominis Bonizo
 deinde sequitur ibant &c.
Iabant anni domine (sic)
Cui cum milleno
Centum bis tunc ordine
Jundō nonageno.
 Inscriptio, singulis duabus lineis punctis notatur, ut pateat illam
 ad unum eumdemque Ponzonum pertinere. Quis igitur hisce
 inspectis non fateatur hoc loco de duobus illustribus Viris men-
 tionem fieri? Duplex obitus indicandi signum. Nomen
 utriusque diversum Ponzoni, & Bonizonis rem ita manife-
 stant, ut nihil evidentius desiderari queat, simulque pro-
 bant, quod uterque obierit quidem eodem die, non autem
 eodem anno, quodque notæ temporis adjectæ ad Ponzonum,
 non ad Bonizonem sint referendæ. Plura adjicere minime
 necesse est, cum res ipsa per se pateat. Ex his ergo con-
 cluditur nihil de anno, quo obierit Bonizo ex hac epigra-
 phe inferri posse, cum ad Ponzonum unice spectet. Igitur
 Ponzoni obitus incidit in annum MCCXC. die 14. Julii
 mensis.
 Ad confirmando vero, quæ de tempore obitus Ponzoni probata

sunt in promptu habentur quatuor monumenta, que hic summatim adjicere necesse est, alio translati originalibus. Primum continet, quod Pontius Ponzonus die XXVIII. Maji anni MCCLXXXIX. investivit *Guizardum Rivarium de Ripatico Padi.*

Ex Arch. quondam Episcopali Caps. n. 78. Pergam. n. 2., & ex eo Bonafossa Tomo MS. pag. 285., ubi de Ponzeno Episcopo. Secundum, quod idem Episcopus investivit die nona Decembbris anni MCCLXXXIX. *Thomasi de Nigris de Decimaria Ingloriæ, & Territorio Cremensi.* Tomo, ut supra, ubi de Ponzeno Episcopo pag. 285.

Ex eodem Archiv. Caps. n. 35. Pergam. n. 13., & ex eo laud. Bonafossa.

Tertium, quod idem Episcopus Ponzonus die decima tertia Junii anni MCCXC. investivit *Cuiscardum de Cunidolphis de Decima Comedo.*

Ex eodem Arch. Pergam. n. 47., & ex eo Bonafossa Tomo cit. pag. 285.

Quartum denique, quod idem Episcopus anno MCCLXXXIX. ultimo Novembri concessit investituram feudalem fratribus de Oscasalibus de Bonis Oscasali, in eoque monumento Episcopus Ponzonus appellatur etiam Comes. Vide Monum. XLII. Emendandus itaque Zacharias, ubi pag. 140. in additionibus ad Vghellium Libri sui Episcoporū scribit \equiv Bonitio autem anno MCCXC. Ponzonus datus est \equiv Nam eo anno MCCXC. statuendus Ponzoni obitus, ut hactenus ex monumentis probatum. A veritate quoque aberrat Cl. Bonafossa, qui in Catalogo suo Episcoporū MS. refert Bonitium, de quo deinceps dicemus, & Ponzonus eodem anno fuisse simul

Episcopos, Ponzonum vero Ecclesiam Cremonensem admisstrasse usque ad annum MCCXCV., cum ex allato Necrologii textu clare pateat eumdem vita functum anno MCCXC. Mitto cæteros Auctores, quod illi Necrologium non viderint, ideoque excusandi sint. Rubeus tamen in Diptycha recte annum, & tempus biennii pro Episcopatu Ponzoni assignavit. Nam, ut vidimus paulo ante in Episcopo Cacciocomite, patet ex eodem Necrologio hunc Episcopum decessisse anno MCCLXXXVIII. *Indic. prima die Veneris XVI. Julii.* Cum igitur Ponzonus Cacciacomitis successor obierit quartodecimo die Julii anni MCCXC. habes biennium fere integrum, demptis duobus diebus, quod inter obitum Cacciacomitis, & Ponzoni intercesserit.

De antiquitate & nobilitate Ponzoniae Familiae non est hic locus, ut plura commemorem. Merito dicitur in Elogio *Altis ora Natalibus*. Nam fuit semper & pacis, & belli artibus splendidissima, ut etiam ad Patriæ Principatum per venerit. Superest adhuc illustris hæc Familia in optimo Comite Josepho Ponzono, quem honoris, & amicitiae causa nomino. De quo hoc unum memorare sufficiat, quod in omni nobilissimarum artium genere explendescat, atque possideat insigne Gazofilacium antiquitatum, numismatumque serie, & delectu instruissimum.

Quod igitur ad Bonizum, sive Bonizonem spectat, quem nostri Auctores Episcopum, & Cardinalem gratis supponunt, ut clare pateat, quid de eo statuendum sit, præmittere oportet ejus nomen in Necrologio scriptum esse e regione, sive in medio literarum F, & diei II. ID. quo loco primum ab Auctore Necrologii literis minio tintatis perpetuo notati con-

suevit dies cujusque viri decedentis ex hac vita; deinde vero adjecta fuisse diversa manu extra ordinem alia nomina quaqua versum, vel in margine dextro, vel sinistro, eorum, qui deinceps mortem obierant. Quod sane argumento est primum nomen minio rubro tintatum, & e regione literarum, quas attulimus *F. II. ID.* præcessisse, cæteros vero, qui extra ordinem, ut spatum vacuum sinebat, posteriori tempore adjectos fuisse, ac propterea posteriori etiam tempore diem suum obiisse. Eo in loco, de quo agimus, videmus, legimusque in margine, & extra ordinem Ponsoni nomen, & elogium; igitur quæcumque ibidem scripta sunt de Ponsoni, atque notant annum MCCXCI posteriora esse debent tempore, quo scriptum fuit Bonizi, sive Bonizonis nomen, ideoque principii loco statuendum Bonizonem præcessisse Ponsonum, non autem inquirendum de eo posteriori tempore. Hæc confirmat aliud nomen, quod scriptum in oposito margine, qui pariter vacuus supererat, ad latus Bonizonis. Inscriptio sic se habet

(13) Presbiter Egidius

de sixa massionar-
rius Ecclæ Cremon
sub Millmo CCC.

Quarto Indic. secunda.

Vt vides, obitus hujus Mansionarii diversa manu scriptus po-

(13)



steriora Ponzone tempora respicit. Ex quo iterum patet Bonizonem, de quo sermo, ad anteriora tempora referendum esse. Quid ergo de Bonizone statuendum erit? Dicam ingenue me nullum locum in anteriora invenire potuisse, quo illum inserere potuerim. Ac primo certum est de Bonizone nullum extare Diploma, vel aliud simile monumentum Regium, cum de Ponzo, ut vidimus, quatuor habeantur monumenta, quanvis Episcopus iste vix biennium rexerit Ecclesiam Cremonensem sub ejus Decessore Cacciacomite recensentur sex monum., sub Bernerio Bina, sub Homobono de Madalbertis quinque, sub Sicardo decem, totidem sub Offredo, sub Presbytero de Medolao quinque, sub Oberto XIX., qui singuli ordine sibi succedunt, nec ullum medium spatium inter se relinquunt, cui interponi possit quispiam alias Episcopos. De praecedentibus, nihil addere necesse est cum Necrologium, quod annorum habet Martirologium, scriptum fuerit posteriori tempore suprascripti Martirologii, quod, ut in eo notatum legitur, exaratum fuit Alexandri III. tempore, & Offredi Episcopi paulo ante memorati, anno ipsius Episcopatus tertiodecimo. Vide Tom. Monum. Bonafossæ pag. 104. vel ipsum authenticum Martirologium. Cum igitur de singulis Episcopis ex quo cœperunt Imperatores, & Reges emittere Diplomata, placita &c. habeamus monumenta in ipsorum favorem data tam quo ad tempus, quod præcessit Ponzonum Episcopum electum an. MCCLXXXVIII. ejusque obitum, qui incidit in ann. MCCXC., item minime careamus similibus monumentis pro subsequentibus Episcopis usque ad extremum, quo eadem privilegia, Bullæ Pontificiæ &c. emissæ fuerunt, unusque careat Bonizo hujusmodi Documentis, per se patet

quid de eo, ejusque Episcopatu, atque Cardinalatu inferre fas sit. Nihil nempe ex mon. constare.

Nostri tamen Autores Bonizonem Episcopum electum statuunt circa tempora Ponzoni Episcopi, Cardinalem vero creatum fuisse a Nicolao IV. summo Pontifice, eoque mortuo, se Romam transtulisse pro eligendo successore, qui fuit Cælestinus V., quo post menses quinque a summo Sacerdotio se abdicante, electioni Bonifacii VIII. interfuerit anno MCCXCIV., post cujus electionem ad suam Sedem Episcopalem Cremonensem reversus fuerit. Sed hæc quam fabulosa sint, & a veritate prorsus aliena, quamquam ex probatis supra aperte sequatur, cum Bonizoni in Necrologio anterior locus assignetur, præ altero Ponzoni, ideoque singula, quæ de ejus cardinalatu a Bresciano præsertim narrantur, posteriora esse nequeant Ponzoni tempore; tamen aliud etiam probationis genus afferre lubet, ut hujus assertionis falsitas magis elucescat.

In Regestis Vaticanis constat undecim fuisse Cardinales, qui Cælestinum V. summum Pontificem creavere. Singula ipsorum nomina recensita invenies, ac præmissa apud Ciacconium electioni Cælestini V., tum ea deinceps numero XXII. Cardinalium, qui Bonifacium VIII. ad Pontificium Thronum elegerunt. Accedit quod singula etiam Cardinalium nomina ex laudatis Regestis afferuntur, qui sub unoquoque Pontifice tempore Conclavis, vel antea, vel post electionem e vivis abierant. Porro nusquam invenies Bonizonis nomen in allatis Regestis, neque solum sub Cælestino V., vel sub Bonifacio VIII., sed nec etiam in iis, quæ præcesserant Conclavibus, vel posteriora fuere. Animadvertisendum insuper est Conclave, quod habitum fuit pro electione Cælestini V. tam diuturnum

exitisse ob discordias Electorum, ut annos duos, menses tres, dies duos perduraverit. Plurimum autem, ut facile quisque sibi suadere potest, interesse debuerat, si tum temporis Bonizo, aut alias quispiam Cardinalis præter Congregatos inter vivos exitisset, ut ad Conclave vocaretur, quocumque degeneret, ut suo suffragio scandalum, quod in universa Ecclesia excitatum fuerat, tandem finem haberet. Quæ cum ita se habeant: quomodo sustineri poterit Bonizonem tum temporis fuisse Cardinalem, interfusse Conclavi habito post obitum Nicolai IV., postea vero alteri etiam Conclavi, in quo Bonifacius VIII. ad summum Sacerdotium pervenit, aliaque id genus admittere, quæ præ cæteris comminiscitur Joseph Brescianus in Libello inscripto *Rose e Viole* pag. 9., cæterique Auctores nostri de hoc apocrypho Cardinali suis scriptis tradiderunt? Brescianus in laudato Liberculo scribit Bonizensem, cum a Nicolao IV. Cardinalis factus esset, titulum accepisse S. Eustachii. Quod unum fabellam Brescianam detegit. Nam titulus iste pertinet, atque unice conferebatur, ut nunc etiam Cardinalibus, qui sunt Ordinis Diaconalis, non autem Episcopalis. Merito sanc Vghellius, qui primo fabulam ebiberat de Episcopatu, & Cardinalatu in suis ad Ciacconium notis, postea se ipsum retractans in Italia sacra Tomo IV., ubi de Episcopis Cremonensibus pertractat hæc de Bonizone notanda duxit: *Sed cum postea rem diligenter expendissemus comperimus, hoc illos, nempe Auctores nostros omnino dixisse gratis, nostræque properantiæ in scribendo imposuisse. Quamobrem cum e numero Cardinalium, tum vero Cremonensium Episcoporum dispungendus est, ut pote, qui nunquam talibus fulserit dignitatibus.*

Qui hæc legerit, tum argumenta, & probationes, quas hoc loco fuse attulimus mirabitur profecto, quod præclari Viri Zacharias, & Bonafossa in sua sententia permanserint ob Bonizonis Lapidem Sepulcralem, & Necrologii Inscriptionem. Sed quo ad primum: quæ fides quæsto habenda uni Bresciano, cum cætera monumenta cuiusvis generis, ut vidimus supra, plane silent; Zacharias vero tam in suo Libro de Episcopis Cremon., quam in excursu tot tamque multos Bresciani Lapidès suspectos, & apocryphos admittere debuerit? Quod vero spectat ad Necrologii epigraphen: cum in serie Episcorum Cremonensium nullus supersit locus, cui Bonizo inseri queat, nullum vestigium ante Ponzonum electum, nulla penitus mentio occurrat de Bonizone vel Episcopo, vel Cardinali in monumentis Imperatorum, Regumque, nulla denique in Regestis Vaticanis, ut probatum est, profecto locus ille corruptus habendus, atque de aliquo Presbytero tantum, vel Canonicō intelligendus est, qui ex eorū numero esset, qui in Ecclesia majori Cremonensi, ejusque Capitulo Cardinalis titulo fruerentur. Videnda quæ refert laud. sæpe Zacharias in Libri sui Episcop. pag. 28., ubi hæc habet: *Cæterum Cremonensis Ecclesia inter nobiliores habita fuit. Quod enim de Ravennate, de Coloniensi observarunt Eruditi Rubeus Ravenn., Saxius, Muratorius, ut præcipui earum Sacerdotes, Cardinales nuncuparentur, id veteres Chartae Cremonensi Ecclesiæ vindicant.* Atque exempla nonnulla affert in rei comprobationem. Apud Muratorium T. II. Antiq. pag. 327. invenies, ut hoc unum referam, præceptum Chonradi II. de proscriptione cuiusdam Adami, ubi nominatur quidam Diaconus Henrici nomine Sandæ Cremonensis Ecclesiæ Car-

dinalis. Alios me in hoc Opusculo confiendo invenisse testis esse possum. Apud laud. Murator. codem Tomo II. pag. 214. fuse describuntur contentiones, quæ ortæ fuerant Ravennæ inter Cantores, & Cardinales ejus Ecclesiæ, asserantibus Cantoribus se ita sicut Cardinales ad Altare argenteum.... debere, & posse celebrare, tum de precedentia in processionibus; ita ut ad Legum Doctores provocare necesse fuerit pro definienda hujusmodi controversia. Denique S. Ambrosius in sua Mediolanensi Ecclesia XXIV. Sacerdotes constituerat, qui vocarentur Cardinales. Rerum Italicarum Scriptores Murat. Tom. IV. pag. 61., & seq. Itaque nil verisimilius, quam quod Auctōr Necrologi cum in antiquiori pergamena, sive manuscripta charta ex i.s, quibus utebatur ad opus suum perficiendum, invenisset scriptum Bonizonis nomen addito titulo Cardinalis, sive ille esset Presbyteri tantum dignitate fulgens in eo Capitulo, sive Canonicus, reformandam censuerit inscriptionem in prima voce substituendo Episcopus. Simile quid de Oddone Cardinali apocrypho. Vide apud Zachariam in Serie Episcop. Cremon. pag. 125. Veniam rogo si fusius in hoc argumento immoratus sum. Reddenda enim ratio erat, cur Episcopum hunc, & Cardinalem a Catalogo expungendum cum Vghellio putaverim. Quod si quis ea proferat, quæ suadeant retinendum esse, libenter a mea sententia recedam, & Bonizonem in subsequens tempus etiam, si fieri possit, admittendum consentiam. Præsertim vero, quod inter Ponzonum, qui obiit anno MCCXC., & Rainerium, qui Episcopatum obtinuit anno MCCXCVI. extet lacuna, quæ utique aliquem Episcopum inserendum requirit. Videant ergo Doctiores quid de hac re statuendum sit. De Cardinalatu certe Bonizonis minime cogitandum.

L VIII.

RAYNERIVS de Casulis electus VIII. Kal. Maji anno MCCXCVI.,
vita functus an. ab Incarnatione MCCCXII. & sepultus in
Vigilia Nativitatis D. N.

NOTAE

A Bonifacio VII., cuius erat Capellanus, electus ad hanc Sedem Cremonensem, in Curia Romana a Matthæo Episcopo Cardinali Portuensi consecratus fuit. Ita Vghellius de tempore electionis, & consecrationis hujus Episcopi ex Regestis Vaticanis Epist. 181. fol. 39. Fuit Natione Thuscus Patria Volaterranus, ut fidem faciunt eadem Regesta Vaticana. De tempore ejus Episcopatus, & de ipsius obitu non unum extat monumentum, quæ hoc loco subjicere præstat. Primum continet Actum unionis quarumdam Præbendarum simplicium, qui factus signatur = anno millesimo tercentesimo septimo Indiæ. quinta die XXV. Maji in præsentia Dñi Egidioli de Bonseriis, Domni Maximini de Ponzonibus &c. = Vide Monum. XLIII. ex Bonafossa, Tomo Monum. pag. 123.

Secundum, quod fugit etiam diligentiam Cl. Bonafossæ, assertur a Raynaldo Annal. Ecclesiastic. Tomo IV. pag. 539. Est Bulla Clementis V. S. P., qua idem Pontifex Raynero Cremonensi Episcopo injungit, ut ad coercendam effraenatam in omne luxuria genus licentiam, legum Canonicarum severitatem exerceat contra quemdam Dulcinum nomine illius turpissimæ, aliarumque hæresum ex Manichæorum, & Catarorum fontibus manantium auctorem, qui tandem captus cum ejus socia Margarita, quin Hæresim ejurare voluerint, utrius vivi combusti, meritas poenas dedere, ac brevi ea secta, quæ vix millenarium sectatorum numerum superabat,

dispersa, atque extinta fuit. In fronte Bullæ legitur *= Venerabili Fratri Raynero Episcopo Cremonensi.* In fine autem *Dat. Aven. Kal. April. anno sexto* *= Sed proœcto mēndum cubat in nota, anni sexti, quo ea Bulla data legitur Cum enim electio Clementis V. facta fuerit ex Annal. Ecclesiast. die XXI. Julii anno MCCCCV. hinc sequeretur Bullam dātam fuisse post diem XXI. Julii anni MCCCX.* At vero ex certissimis mōnumentis constat, ut habetur apud Muratorium Rerum Italic. Script. Tomo IX. pag. 431. *Dulcinus, & sequaces in anno currente millesimo trecentesimo sexto die Jovis decima mensis Martii... intraverunt Diæc-sim Vercellensem, & ascenderunt super montem, qui appellabatur Mons Zebellus, sive Fratris Dulcini, modo vero appellatur Mons Gazzarorum, sive Fratris Dulcini.* Pag. vero 439. hæc subsequuntur: *in die Jovis sancta prædicta, quæ fuit anno Domini millesimo trecentesimo septimo die vigesima tertia suprascripti mensis Martii... dictus Frater Dulcinus personaliter captus fuit.* Tandem col. seq. 441. hæc leguntur: *Dulcinus, & sequaces, qui ascenderant montem Zebellum anno currenti millesimo trecentesimo sexto, die Jovis decima mensis Martii, & sequenti anno, qui fuit millesimo trecentesimo septimo, in eadem die Jovis sancta, quæ fuit vigesima tertia ejusdem mensis Martii, capti, mortui, & devicti fuerunt, & deduci ad opprobrium sempiternum.* Hæc fusius afferre oportuit, ut ex pluribus simul notis inter se consentientibus certè constaret annum fuisse MCCCCVII., quo Dulcinus misere interiit, secundum vero Pontificatus Clementis Papæ V., ex quo electus fuerat, ut diximus paulo supra, die vigesima prima Julii anni MCCCCV. Emendato igitur errore notæ anni

sexti in anno secundo, vel primo, ut lubet quod utrumque unice fieri potest, sequitur Bullam Clementis V. a Raynero Episcopo Cremonensi acceptam fuisse anno MCCCV., vel sequenti, ideoque eo tempore hanc Ecclesiam ab eo administratam fuisse.

Tertium monumentum Chronographis nostris omnibus, ac etiam egregio Bonafossæ ignotum eruitur ex subscriptionibus, quæ factæ fuerunt in Synodo Provinciali habita ab Archiepiscopo Cassono, vel Gastono Mediolanensi, ejusque Episcopis suffraganeis anno MCCCXI., qui eidem vel proprio, vel procuratorio nomine interfuerent. Extat hoc Monum. apud Muratorium Rerum Italic. Script. Tomo nono col. 580. Ita autem se habet subscriptio sub num. nono = *Et Domino Moëtello de Benedictis Sindico, & Procuratore Ven. P.D.B. Dei gratia Episcopi Cremonensis, & Capituli Cathedralis Ecclesiæ, & totius Cleri & Diæcesis Cremonensis. Ad calcem Synodi legitur = Anno MCCCXI. Indictione nona, V. mensis Julii præsentibus Domino Conrado &c.* = Hic pariter in litera initiali, quæ posita modo cernitur ad nomen Episcopi exprimentum error irrepit, qui tamen certa ratione emendatur. Nam cum ex Monumentis supra allatis constet de anno MCCCV., vel MCCCVI., tum ex duobus mox afferendis de anno MCCCXII., quibus Raynerius Sedem Cremonensem adhuc retinebat dubitari nequit, quin Raynerius anno quoque MCCCXI. Synodo habitæ a Gastono cum ejus Suffraganeis interfuerit; ideoque literæ initiali B substituenda sit litera R, quæ de Raynerio sit interpretanda.

Obiter hic notandum, quod inter Episcopos Suffraganeos hujus Synodi, qui omnes fuere num. XIII., hæc quoque habeatur

subscriptio \equiv *Et B. Muffeo de Madiis Archidiacono Buxeti Procuratore Ven. P. D. Federici Dei gratia Episcopi Buxeti, cum Clerum mittere non potuisset, eo quod Civitas Buxeti est obsessa* \equiv Sed a me per epistolam interrogatus præclarus Vir Petrus Seletti jam alibi in hoc libro laud. quid sibi de hoc Episcopo videretur, re ad examen diligenter revocata respondit: sibi videri errorem in nomine Buxeti, oscitantia Amanuensis irrepississe, ac substituendum esse alterum Brixie, cuius quæque Episcopus erat Mediolanensis Archiepiscopatus suffraganeus. Ac retra eas attulit rationes, quæ suadendi vim habent. Nam Buxum nunquam ad Episcopatus honorem elevi ut patre suæ in Ecclesiam, quæ anno MCCCXI. extauit, tunc quo CCCXXXVI. erecta fuit ab Vberto Manfredini Patricino suo, quæ duo fuere ejus Oppidi Domiai unicum adhuc Reftorem habuisse, ac retinuisse: Civitatis insuper titulum non obtinuisse Buxetum ante annum MDXXXIII., quo a Carolo V. eo nomine decorata fuit, ut ex ejus Diplomate tum emisso sit manifestum. Præterea illustrem illam Familiam Pallavicinam constanter adhæsisse fæctioni Ghibellinæ, ac fieri propterea non potuisse, ut eo tempore Buxetum obsideretur, cum Henricus totus in eo esset, et deprimere, tolleretque, e contra eo annis et ranis isto, ab armis Henrici Imperatoris obsecrari, pro Civitas Brixensi, opulenta, quod parti Græpha a Etta esset. Denique familiam de Madiis illustrem emperatorem titisse in Brixiana Vt, atque anno ipso MCCCXI. ejus scopatum rexisse Federicum Madium triennio ante jam electum, cuius nomen familiæ omissum, ut fieri consueverat in Episcoporum subscriptio.

tionibus. Nominatur etiam initio ejusdem subscriptionis Maffæus de Madiis Archidiaconus. Aequum denique esse cogitare in ea Synodo Provinciali, in qua plurima decreta constituta fuere in bonum, atque utilitatem totius provincie, Brixensem quoque Antistitem minime defuisse. Hæc itaque Selettus, qui profecto laudandus, quod veritatis amore magis, quam patriæ suæ, ita mihi rescripserit.

Sequitur modo Documentum quartum, quod continet Mandatum; ejusdem Raynerii Episcopi, de translatione Monialium Mariæ de Buschetto in Monasterium de Pippia, quod ex authentico depromptum est in bullo S. Monicæ. Sic autem hoc habet = *In nomine Iesu Christi amen. Cum ad Nos Raynerium Dei gratia Episcopum a Cremonensem pervenerit quod Monasterium Monialium S. Mariæ de Buschetto Cremonensis Diæesis sit adeo, & taliter dissolutum, quod Abbatijus eius Monasterii vadit vagando &c.* (Cum autem Raynerit Episcopus eo tempore Cremona absens esset, hæc sequuntur, nec vñimus propter nostram absentiam bonum, & utilitas, quod & quæ potest ex unione hujusmodi provenire, loco utique impediantur, Religioso Viro Latr. Joanni de S. Gemini no Vicario nostra auctoritate præsentium committimus vicies nostras, sibi plenariam potestatem, quod ipse possit vice & auctoritate &c. In fine vero = *Sub anno MCCCXII. indictione X. die XXII. Maii. Lata fuit dicta commissio in Casa de Casalis Burnensis Diæesis &c.* Vide Monum. XLV. e. Bebasossa ad. Monument. pag. 125.

Postremum denique Documentum sub eodem anno MCCCXII. ab Incarnatione D., & die emortuali Raynerii sub exitum ipsius anni, allatum invnies sub Successore Aegidiolo de Bonseriis, de quo mox dicemus.

Oportet sane asserere, quod singula hujusmodi Monumenta ignota fuerint Auctòribus, qui ante Bonafossam scripserunt; non enim in tot dissidentes sententias abiissent, quæ causa fuit, ut ea, quæ fusius præmisimus, probavimusque, minime omittenda forent. Nam Rubeus in Diptycha assignat annum emortualem Raynerii MCCCV., cui consentit Brescianus; Vghellius vero e contra profert ejus obitum in annum MCCCXVII. Mitto cæteros, qui in alia omnia ierunt. Silencio tamen minime prætermittendus Cl. Zacharias omnium postremus ex editis Scriptoribus, qui cum invenisset apud Brescianum quatuor Lapidès, quos frustra falsitatis insinuandos putabat, ita ea tempora inter Raynerium, & Aegidium de Madalbertis, qui cum Aegidiolo de Bonseriis eodem die in Episcopum Cremonensem electus fuit anno MCCCXII., digerenda statuit, & multiplices simul inducendos Episcopos putat. *Vt igitur, inquit, his omnibus Episcopis locus sit : Raynerii obitus anno MCCCV. consignandus est, tum Gerardus ad annum MCCCVIII. constituendus.* Adi Libr. sui Episcop. pag. 141., & seq., præsentim vero pag. 142., post descriptos Lapidès. Vides autem hic quam periculosem sit ex inanibus conjecturis definire velle, quæ ad rem chronologicam pertinent. Monumentis enim ad id præstandum opus est, non divinationibus. Igitur sicut Raynerii obitus ex probatis, ad annum usque exeuntem MCCCXII. promovendus, quo etiam illum, licet absentem munia Episcopalia exercuisse fatendum est; ita Brescianus Lapis, quem refert Cl. Zacharias pag. 141., in quo scriptum *Obiisse Gerardum anno A PARTU VIRGINIS MCCCVIII.* in eorum numero habendus, quo non semel hujusmodi merces a quocumque fonte manentes re-

sputendas veritatis causa judicavimus. Sed præterea in Excuso Cl. Viri pag. 64. ipsum Zachariam Judicem modo appellare licet, ubi hæc habet ipsum hunc Lapidem referens \equiv non satis, inquit, probatur annus a Partu Virginis in Inscriptione pag. 141. Hinc merito scribit Vghellius in Italia sacra Tomo IV. pag. 819. : Post Raynerium gratis nonnulli affingunt Gerardum quemdam de Madili Brixensem Electum Cremonensem Episcopum &c. addens insuper: In Regestis Vaticanis nulla de Gerardo habetur memoria \equiv De reliquis tribus Inscriptionibus supra memoratis redibit sermo inferius sub Aegidiolo Successore.

L I X.

DE BONSERIIS ÆGIDIOLVS electus die XVII. mensis Februario anni ab Incarnatione MCCCXII. Abdicavit an. MCCCXVII.

N O T A E

Vt certa ratione constare possit quo anno, quove mense, ac die electus fuerit Ægidius de Bonseriis in Comitiis habitis Cremonæ, postquam decesserat Raynerius de Casulis hæc, quæ sequuntur necessario præmittenda ex Actu ipso electionis, qui per extensum affertur, quique habetur in Tomo Monumentorum Bonafossæ, pag. 127. prope finem ejusdem Tomi. Vide Monum. XLV.

Incipit autem Electionis Actus hoc pacto.

In Christi nomine amen MCCCXII. Indictione XI. die Jovis quintadecima Februario. Super choro majoris Ecclesie Cremonæ. Missa S. Spiritus cantata, præsentibus presbyt. Culielmo de Sartio Præposito Ecclesiarum SS. Egidii, & Homoboni Cremonæ &c. Bonæ memorie Domino Raynero Episcopo Cremonensi anno Domini Millesimo Indictione

*XI. In Provincia Tuscia apud Casullum, ubi morabatur..... universæ carnis ingresso, ipsius corpore tradito Ecclesiasticæ sepulturæ in Vigilia Nativitatis proxime præterita, ut publice fertur in terra de Casullis in Tuscia: discreti Viri Dominus Maximinus de Ponzonibus Archipresb. Ægidiolus de Bonseriis Canon. Cremon. tunc præsentes diem istam Jovis quintam decimam mensis Februarii cum continuatione duorum sequentium præfixerunt ad electionem, seu postulationem futuri Episcopi celebrandam. Tum termino elapsa iterum congregati præmissa protestatione contra excommunicatos, suspensos &c. si qui adessent, ne suffragium ferre auderent, atque a Comitiis abirent, cæterisque servatis servandis juxta leges canonicas, ad scrutinium gradum fecerunt, ac Canonici singuli per secretum suffragium nominaverunt, quem sibi magis idoneum putarent eligendum esse Pastorem, & Episcopum pro Ecclesia Cremonensi. Absoluto autem scrutinio, & publicato, inventum est ex duodecim Canonicis jus suffragii habentibus sex consensisse in Dominum Ægidium de Bonseriis, quatuor vero in Dominum Egidium de Madalbertis, binos vero reliquos Canonicos singillatim unum ab alio diversum nominasse. Hinc orta discordia de meritis, vel exceptionibus utriusque electi, primum pars major numero Electorum, qui consenserant in Dominum Ægidium cantato *Te Deum* eundem publice in choro elegerunt, & Episcopum Cremonensis Ecclesiæ legitime electum declararunt. Quod idem præstiterunt Canonici, qui minori numero Dominum Ægidium de Madalbertis nominaverant statim, & in continentib[us] præsentibus Dominis Jacobo, & sequacibus, & *Te Deum* cantantibus &c. Hisce præmissis antequam pro-*

grediamur animadvertere præstat computationem , quam initio hujus monumenti ex ipsius notis attulimus de anno , & die emortuali Episcopi Raynerii , simulque de Successore in locum defuncti faciendam , institutam fuisse a die Incarnationis D. N. ex die XXV. mensis Martii , non vero a Kal. Januarii ex methodo Aerae Vulgaris anni MCCCXII. Nisi enim id fiat , conciliari haud poterunt , quæ ibidem narrantur sub eodem anno MCCCXII. , quod nempe Raynerius Episcopus viam universæ carnis ingressus Ecclesiasticæ sepulturæ traditus fuerit in vigilia Nativitatis proxime præterita , *die vero Iovis quintadecima Februarii sub eodem anno , eademque currente Indic. XI.* Capitulum , & Canonici super choro majoris Ecclesiae Cremonensis congregati ad electionem futuri Episcopi devenerint . Hæc computandi methodus ab Incarnatione in pluribus Ecclesiae Provinciis , ac in Thuscia servabatur . Notarius equidem , qui Actum illum scripto mandavit ita bardus , ac stupidus haberi non debet , ut ea , quæ tam aperte inter se pugnarent , non admissa ea methodo , scribere potuerit . Igitur sic statuendum est , ut alia etiam exempla jam allata suadent .

Ad propositum itaque modo gradum faciamus , ac primo , quoniam asseritur in descripto monumento Electionis bona memoria Raynerium Episcopum Cremonensem anno MCCCXII. in Provincia Tuscia apud Casullum , ubi morabatur viam universæ carnis ingressum , & ipsius corpus traditum fuisse Ecclesiastica sepulturæ in Vigilia Nativitatis proxime præterita in terra de Casullis in Tuscia , consequens fieri , quod illius obitus constituendus sit in diem aliquem , qui præcesserat vigiliam Nativitatis anni suprascripti MCCCXII. .

eo quod Episcoporum corpora per aliquot dies ab obitu exposita publice servari soleant, antequam iisdem suprema officia persolvantur.

Secundo quoniam post Rayneri obitum, præstitamque eidem in terra Casulli sepulturam, Capitulum, & Canonici Cremonenses convenientes in chorum Ecclesiae Cathedralis pro eligendo Successore, diem Jovis quintam decimam mensis Februarii cum continuatione duorum sequentium præfixerunt ad electionem, seu postulationem futuri Episcopi celebrandam; ac re ipsa cum essent tum præsentes septem tantum numero Canonici, qui singuli ibidem nominantur, subditur: *Convenientibus itaque in termino hujusmodi in choro Cremonensis Ecclesiae omnibus, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt commode intervenire, quorum omnium nomina inferius continentur.* Præmissis, quæ juxta canones præmittenda erant, Actum ipsum peregerunt electionis, in quo discordes inventi fuere Electores, quorum sex numero ex duodecim, qui convenerant jus suffragii habentes consenserant in D. Egidio de Bonseriis, quatuor vero in Egidio de Madalbertis, ex quo orto gravi dissidio inter utramque partem, unaquæque earum cum solemni cantu *Te Deum*, primo D. Egidio de Bonseriis, secundo eodem actu, eodemque die, Egidio de Madalbertis Pastorem, & Episcopum Ecclesiae Cremonensis declaravit: ex his certo sequi electionem Egidio de Bonseriis peractam fuisse die XVII. Februarii anni ab Incarnatione MCCCXII. Ærae vulgaris MCCCXIII. Quod idem statuendum erit de altera Egidii de Madalbertis electione.

Lubet hoc loco alio demonstrationis genere confirmare, quæ

haecenus allata sunt, & probata ex monumentis de proposita electione facienda futuri Episcopi Cremonensis anno MCCCXII. die Jovis, sive Feria quinta, ac die quinta decima mensis Februarii ex computo diei Incarnationis. Sumantur Tabulae, quas expansas attulimus de annis V. C. progredientibus, conjunctisque cum Feriis, diebusque Bissextilibus &c. in libro nostro de Vulg. Ærae Emendatione pag. 129., & sequentibus ab anno Vrb. Cond. DCLVIII. ad annum MCCCIX. quæ ad hujusmodi probationum genus optime, certaque methodo inserviunt ad annum usque correctionis Gregorianæ, ut ex præmissis ibidem monumentis, atque exemplis palam factum est pag. 126., & seqq. Quoniam igitur eæ Tabulae desinunt in ann. V. C. Capitol. MCCCIX. Tabellam hic subjiciam ab annis tribus postremis, qui sunt in iis Tabulis; & addam tres alios, qui necessario subsequi debent

Ann. MCCCVII. Ven. C.

MCCCVIII. Sat. BA

MCCCIX. Lun. G

MCCCX. Mart. F

MCCCXI. Merc. E

MCCCXII. Jov. DC

Vides hic statim tres dies, Feriasque, quæ modo additæ sunt, non aliter subsequi posse præcedentes tres, quæ postremum locum occupant in Tabulis nostris expansis, & cum iis junguntur, ideoque redditissime se habere notas omnes, quæ in monumento Ægidio de Bonseris conspiciuntur, scilicet quod fuerit Annus MCCCXII. ab Incarnatione, fuerit Bissextilis, tum quod dies XV. mensis Februarii incederit eo anno in Feriam quintam, sive in diem Jovis.

Notandum autem, quod Tabulæ expansæ, ut jam innuimus paulo ante, progrediuntur per annos V. C. Capitol., non autem per annos Aerae vulg., sic enim mihi libuit eas expansas exhibere, cum aliter fieri potuisset. Sed opportune jam probavimus supra notas pro Aegidioli electione in allato monumento ab anno Incarnationis procedere, nempe a die XXV. Martii anni præcedentis Aerae vulgaris, quod argumento est majori ex parte notas illas convenire cum computatione Capitolina. Notandum etiam diem Jovis quintam decimam Februarii in prædicto monumento Aegidioli de Bonseriis anni MCCCXII. adhuc spectasse ad annum communem, initium enim Bissextilis computatur post Festum S. Matthiæ, diciturque tunc bis sexto kalendas, idest die 24., & 25. mensis Martii. Plura in promptu haberem exempla ad ea, quæ probata sunt confirmanda, sed brevitati consulendum. Pauca habemus, quæ de Aegidiolo de Bonseriis, ejusque rebus gestis in Episcopatu innotescant. Falsa sunt, quæ Rubeus narrat de ejus successione ob Gherardi mortem, quæ evenerit anno MCCCCVIII., ut supra probatum est, item quod anno MCCCXI. die VI. Januarii una cum aliis Præsulibus Mediolani interfuerit, dum Henricus VI. Imperator a Cassono sive Gastono Turriano Archiepiscopo coronatus fuit; nondum enim electus fuerat Episcopus, ut paulo ante vidimus. Inter Aulicos Romanæ Curiae a Benedicto XI., dein a Clemente V. inter Auditores suos adscriptus fuerat. Unus etiam extitit inter Judices pro celebri definienda Templariorum causa, in qua ordo ille penitus extinctus fuit. Ex Bulla Joannis XXII., quam sæpe citat Bonafossa, datam Avenione kal. Aug. anni MCCCXVII., constat Civibus, & Populo Cre-

monensi irritam ab eo Pontifice declaratam fuisse Aegidioli de Bonseriis electionem, & Ecclesiam Cremonensem in Aegidium de Madalbertis Apostolica auctoritate translatam fuisse. Nam Aegidiolus Electionis suæ initio statim confirmationem a Gastono Archiep. Mediolanensi tamquam suo Metropolitano postulaverat, a quo cognita causa, Episcopatus possessionem, atque administrationem obtinuerat. Vid. laud. Bonafossa.

Ex prædicta autem Bulla Joannis XXII. data anno MCCCCXVII. videamus modo, quid de inscriptionibus, de quibus sub Raynero hoc loco inquirendum nobis reservavimus, statuere oporteat. Sunt autem tres, quæ pertinent ad Vgolinum de Cavalcabobus. Omittam cæteras exceptiones, quibus subjiciuntur: quod nullo alio teste, vel monumento confirmantur: quod non existant, quamvis distinctis locis positæ dicantur & in Ecclesiis S. Lucæ, & S. Hilarii, quæ manent, & nullum in hoc genere detrimentum accepisse, vel accipere potuisse judicare fas est. Quæ utique manent, & eodem ferme tempore positæ fuerant ad honorandam memoriam Fr. Vgolini de S. Marco in Ecclesia S. Dominici ejusdem Ordinis intactæ supersunt, & de scribendi ratione, quæ tum in usu erat fidem faciunt, silentium denique, quod servant Regesta Vaticana, & plerique etiam ex nostris Scriptoribus. Hæc missa facio. Unum tantum urgeam argumentum ex prædicta paulo ante Bulla Joannis XXII., ex qua constat ab eodem Summo Pontifice Aegidioli de Bonseriis electionem nullam, & irritam declaratam anno MCCCCXVII., & in ejus locum Aegidium de Madalbertis competitorem suum Apostolica auctoritate subrogatum fuisse. Hisce positis, rogo, quomodo

intelligi, & admitti possit, ut devoluta, ac nondum definita apud S. Sedem hujusmodi causa, & adhuc in possessione Ecclesiae Cremonensis manente, eamque administrante Aegidiolo de Bonseriis, ex quo ipse electus anno MCCCXII. ab Incarnatione, & a Gastono Archiep. Mediolanensi, cognita causa jure primæ instantiæ, ad annum usque MCCCXVII. perseverabat, alias quispiam Episcopus Cremonensem Ecclesiam retinere, & legitime administrare posset? Inscio ne Clemente VI. Pontifice, vel dissimulante? Vtrumque profecto absurdum. Lapidès sepulcræ, qui Vgolino de Calcabobus positi asseruntur, binos postremos vitæ Vgolini annos, nempe MCCCXVI. & MCCCXVII., complectuntur, illud plane biennium, quod immediate præcessit Joannis XXII. declarationem contra Aegidiolum in Sede Cremonensi sedentem. Facciant igitur procul hujusmodi Lapidès, qui se ipsos produnt cum cæteris sublestæ fidei, & auctoritatibus. Cæterum mirabitur quisque, qui legerit unicum paragraphum, quem subjungit Cl. Zacharias additionis loco immediate post tres memoratos Vgolini lapides, quos ibidem *falsitatis insinuari posse affirmat*. In eo, ut jam supra dictum est, Raynerii obitum refert ad an. MCCCV., & Gerard i mortem ad an. MCCCVIII., cum Raynerius obierit an. MCCCXII. paulo ante Vigiliam Nativitatis Domini, quo die sepulturæ traditus fuisse narratur, et quidem An. Incarn. MCCCXII. ex allatis Monum. Præterea affirms Aegidiolum de Bonseriis diuturna dissensione fractum, quæ orta fuerat cum Aegidio de Madalbertis competitor suo post utriusque electionem, sponte se abdicasse Episcopatu an. MCCCX., vel MCCCXI., cum eorum eleætio, ut paulo ante probatum est,

locum tantummodo habuerit anno MCCCXII. ab Annuntiatione computo instituto, ut dictum est. Sunt autem sphal-mata chronologica, in quæ incident oportet præstantes etiam viri, qui monumentis destituti ingenio suo, & conjecturis tantum tempora supplere, rectumque in ordinem redigere sibi sumunt. De obitu Aegidioli post annum MCCCXVII. nihil certi statui potest, silentibus ab eo tempore cujusque generis monumentis.

LX.

DE MADALBERTIS Aegidius electus eodem die, quo Aegidiolus XVII. Februarii anni ab Incarnatione MCCCXII., vita functus ante diem XII. kal. April. Anni MCCCXXVII.

NOTÆ

Quoniam ex Bulla Joannis XXII., ut paulo ante vidimus, constat irritam declaratam fuisse Aegidioli electionem, Sedemque Episcopalem in Aegidium de Madalbertis translatam fuisse An. MCCCXVII., hinc sequitur Madalbertum Episcopatum Cremonensem obtainere, & exercere non potuisse, nisi anno suprascripto. Scribit quidem Vghellius hunc Episcopum promotum fuisse ad hanc Sedem MCCCXVIII. die XV. Augusti. Sed ex dictis præferendus annus MCCCXVII., quamvis ille citet Regesta Vaticana. In libro enim privileg. Episcopii extat monument. pag. 189. a nostris Chronogra-phis minime animadversum, ex quo liquet: *anno millesimo trecentesimo septimo decimo ad instantiam Aegidii Cremonensis electi, & confirmati rogatum Instrumentum transumpti concessionis factæ per Obertum Episcopum Cremonensem de Corpore, & Reliquiis B. Gregorii Martyris, nec non de possessionibus ipsius S. Gregorii &c.* Vide Mènum. XLVI.

En ergo confirmatus annus MCCCXVII., quo Aegidius de Madalbertis Sedem Cremonensem jam obtinuerat ad eam translatus loco Aegidioli a Joanne XXII. Summo Pontifice. Alterum extat Monumentum anni MCCCXIX. Ind. II. die VI. Octobris Pontificatus pariter Joannis XXII., anno IV. Ea Bulla unitur Monasterio de Cistello alterum de S. Bernardo. Incipit autem: *Aegidius permissione divina Electus Cremonensis, Dilectis Abbatissæ &c.* Vide Monum. XLVII. Extat apud Arisium, & Bonafossam tertium ejusdem anni, quod pariter incipit: *Aegidius permissione divina electus Cremonensis commendat Religioso Viro Thomæ de S. Abundio Fabricam Ecclesiae Majoris Cremonen. Vide Monum. XLVIII.* Alia non habemus monumenta hactenus saltem inventa de hoc Episcopo. Nostri equidem Auctores narrant Aegidium de Madalbertis purpura ornatum vita functum fuisse, sed toto cælo aberrant, ut scribit Vghellius, & merito quidem, nam neque in libris sacri Collegii sub Joanne XXII., in quibus exactissime recensentur Cardinales, quos ille sui Pontificatus tempore creaverat, nec apud Eruditissimum Contelerium in Elencho, nusquam Aegidius reperitur Purpuratus, sed Cremonensis Episcopus tantum. Videt ergo æquus Lector ex hoc Vghellii testimonio, quod de Aegidii Cardinalatu, simulque de ejus inscriptione in Epitaphiorum Libro contenta nulla prorsus sit ratio habenda.
Infortiati, ut appellabant, Cathedram Bononiæ obtinuerat, in qua magni nominis famam consecutus fuerat. Habentur etiam Opera ipsius Legalia, de quibus vide Ajarium. Obitus Aegidii assignandus an. MCCCXXVII., ut mox patebit ex ejus Successore, de quo modo dicendum.

LXI.

VGOLINVS de S. Marco Ord. Prædic. Electus die XII. kal.
April. An. MCCCXXVII. se abdicavit MCCCL.

NOTÆ

Quæ de anno electionis Vgolini præmisimus, ex Regestis Vaticanis constant, quæ vero de mense, & die ipsius emortuali, ex duabus inscriptionibus, quæ adhuc manent in Ecclesia S. Dominici. Vide Monument. XLVIII. Anno vix elapo ab electione Vgolini, Pseudo-Pontifex Nicolaus V. Dondinum quemdam in Episcopum Cremonensem elegerat, sed a Civibus Pisaniis intra annum, Nicolao Antipapa Avenionem transmissio, & in Monasterium detruso, Dondino autem ab Vgolina legitimo Pastore ab Vibe nostra expulso, Dominatum male partum brevi utrique amiserunt. Dondinus propterea indignus, qui in sacris Episcoporum Cremonensium Libris recenseatur, cui sane Cl. Bonafossa liberaliter nimis locum concessit.

Vgoliaus vero de S. Marco, ejecto Dondino, Ecclesiam sibi concreditam, cum etiam in omni sacrarum literarum, scientiarumque genere summopere præstaret singulari vigilantia, ac prudentia, diu retinuit, rexitque ad annum usque MCCCL. Quo anno senio fessus ab ea se abdicavit, et ad claustrum rediit. Tandem anno MCCCLXII. die XVII. Aprilis ad Superos abit, et in Ecclesia sui Ordinis honorificam meruit sepulturam, ut initio jam memoravimus. Emendandus autem lapis sepulcralis, in quo legitur anno MCCCL. apud Vghelium, ex allatis Inscriptionibus.

LXII.

VGOLINVS de Ardengheriis Parmensis electus anno MCCCL.,
vita funetus anno MCCCLXII.

NOTAE

Abdicante Vgolino de S. Marco fratre, de quo haecenus dictum est, Vgolinus de Ardengheris Canonicus Linconiensis a Clemente VI. in Episcopum Cremonensem eligitur anno MCCCL. X. kal. Novembris ex Regestis Vaticanis Epist. 204. fol. 70. p. p. lib. pr. an. 8. apud Vghellium. De ejus obitu nullum habemus monumentum, quod nos certiores faciat. Vnus est Vghellius, qui affirmat eundem vita funerum fuisse anno MCCCLXII., in quem incidit obitus ejus fratris Vgolini de S. Marco. Sit ergo de hac re judicium eruditii Lectoris.

LXXXI.

CAPELLVS Petrus Nobilis Venetus Cathedram ascendit anno MCCCLXII., vita funeris anno MCCCLXXXIII.

NOTAE

Vghellius, cuius fide nititur obitus Ardengherii, ut diximus paulo ante sub eodem Episcopo, non minus penderet ab ea Capelli electio. Errat autem dum statuit hunc Episcopum vitam mortalem cum immortali commutasse anno MCCCXXCI., in quem errorem quoque lapsus est Rubeus in Diptycha. Nam ex Necrologio nostro haec certo constant, quae ibidem leguntur *Idibus Octobris MCCCLXXXIII. Obiit Frater Petrus de Capellis Episcopus Cremonensis, qui donavit sacristiae majoris Ecclesie Cremonensis unum pastorale de argento, unam mitram laboratam margaritis, & unam planetam, unam dalmaticam, & unam toneselam aureatam. Ex quo Canonici tenentur facere annuale annuatim. Requiescat in pace.* Vides ergo ex hoc sphalmate Vghellii, & Rubei quam caute incedendum sit in definiendo tempore Electionis, vel emortuali Episcoporum nostrorum, de quibus agimus, ut non semel jam notavimus.

LXIIIL.

DE PORRIS Marcus Mediolanensis electus anno MCCCXXCIII.,
ad Sedem Cenetenensem translatus an. MCCCXXCVI.

NOTAE

Haud recte Rubeus in Diptycha, & Vghellius in Italia sacra statuunt electionem Marci de Porris in anno MCCCXXCI., cum ea spelet, ut vidimus paulo ante, ad annum MCCCXXCIII. Deceptor est insuper Blasius Rubeus scribens Marcum de Porris *cessisse e vita anno MCCCXXCV.*, cum ad Ecclesiam Cenetenensem anno MCCCXXCVI. translatus fuerit. Ante Episcopatum extiterat Protonotarius Apostolicus.

LXV.

DE TORTIS Georgius Derthonensis a sua Sede Cenetenensi ad hanc translatus anno MCCCXXCVI. die prima Decembris.
Vita functus V. kal. Maji an. MCCCXXCIX.

NOTAE

Fuerat primo Cenetenensis Episcopus, & ab ea Sede ab Urbano VI. ad hanc Cremonensem translatus. Iterum vero ad Vicentinam Cathedram transferri debuerat signatis jam translationis Bullis, sed antequam exhiberi potuerint, morte interceptus decessit V. kal. Maji MCCCXXCIX. ex Diptycha Rubei, ex Vghellio, & Bonafossa. Apud Brescianum in Libro Epitaphiorum, & ex eo apud Vajranum pag. XLI. num 222. inter derperitas Inscriptiones Templi Majoris refertur lapis sepulralis hujus Episcopi cum notis chronologicis anni MCCCXXCVI. quæ tamen notæ apud Zachariam lib. sui pag. 146. triennio auctæ exhibentur contra fidem autographi Josephi Bresciani. Itaque de tempore obitus hujus Episcopi, & de ejus sepulrali lapide dubitare fas est

ob triennii lacunam, quæ superest ad obitum ipsius Georgii de Tortis, de quo paulo ante dictum est, in libro provis. Prælat. mentio habetur hujus Episcopi, teste Vghellio.

LXVI.

THOMAS Mediolanensis a Brixensi Sede ad hanc translatus anno MCCCXC. kal. Februarii, eodemque anno ad primam reversus.

NOTÆ

Optante Thoma, qui postea redux titulos Ducis, Marchionis, Comitisque Brixiae assecutus secum attulerat, Bonifacii IX. auctoritate hanc Sedem intra annum ipsum MCCCXC. cum Franciseo de Lantis commutavit, de quo mox dicemus.

LXVII.

LANTES, vel de LANTIS Franciscus hanc Sedem obtinuit anno MCCCXC. vita functus anno MCCCCV.

NOTÆ

Fuit patria Pisanus, ut constat ex monumento apud Vghellium, quod etiam confirmat Necrologium nostrum Cremonense. Ex Beneplacito Apostolico Bonifacii IX. anno MCCCXCVII. die XIV. Maji Francisco Gonzaghæ Mantuae Imperiali Vicario concessit jus decimandi loca aliquot jurisdictionis Cremon. in perpetuum. Ecclesiam hanc administravit ad annum usque MCCCCI., indeque translatus fuit ad Bergomatem, quam tenuit usque ad annum MCCCCIII., iterumque Bergomate relicta Cremonensem tunc vacuam Sedem adeptus est, ubi vitam finivit anno MCCCCV. Hæc se hausisse testatur laud. supra Vghellius ex libr. provis. Prælat. Nam Necrologium nostrum sub die quidem IX. kal. Januarii anni MCCCCII. hæc habet = Reverendus in Christo Pater

et Dominus Franciscus de Lante de Pisis Dei gratia Episcopus Cremonensis donavit unam saytolam, seu coronam de perlis in ornamentum altaris magni majoris Ecclesiæ Cremonensis ≡ Tum etiam recenset alia munera oblata. Verum nihil addit de obitu hujus Francisci de Lantis, nec signum, ut in plerisque apposuit ad ejus mortem designandam, quod argumento est eum inter vivos adhuc egisse.

LXVIII.

CRASSVS Petrus electus IV. kal. Aug. an. MCCCCI., translatus ad Papiensem Cathedram V. kal. Octobris anni MCCCCIII., quo anno, & die Franciscus de Lantis ad hanc Cremonensem reversus, ut in eo diximus, brevi post obiit anno MCCCCV.

NOTÆ

Petrus iste CRASSVS patria Castronovensis, Magister Generalis ordinis Humiliatorum Cremonensem Sedem retinuit usque ad annum MCCCCIII., sed V. kal. Octobris ejusdem anni translatus fuit ad Sedem Papiensem, quo pariter die Franciscus Lantes de Pisis Bergomatem tunc regens Ecclesiam, iterum a Bonifacio IX. hunc Episcopatum obtinuit, ubi tamen brevi post finem vivendi fecit, vita nempe functus anno MCCCCV.

Inter amissos lapides Ecclesiæ Majoris recenset Brescianus, & ex eo Vajranus unum sepulcrale D. Francisci Castilionei, in quo legitur cumdem obiisse anno salutis MCCCCVI., qui, ut scribit Cl. Zacharias lib. sui pag. 147., *vix anno Episcopus fuerit Cremonensis*. Hæc equidem conciliare nequeo cum anno emortuali ejus Decessoris, qui fuit Franciscus de Lantis vita functus anno MCCCCV., ut constat ex libro provisionum Prælat. ibid., itemque cum eo Bartolomæi Capræ,

qui successit, ab Innocentio VII., eius erat Secretarius, electus ad Sedem Cremonensem eodem anno MCCCCV. XVI. kal. Augsti, ut ab Vghellio notatur ex eodem utique fonte. Cl. Bonafossa in suo MS. Episcop. Cremon. ponit annum MCCCCVI., quo fuerit Castilioneus electus, sed id est difficultatem effugere non solvere, cum nihil prorsus addat contra Vghellum, qui scribit, ut vidimus paulo ante, Bartolomai electionem factam anno MCCCCV. Locus itaque minime superest, si veritatem amamus, cui in Serie Episcoporum Cremonens. inseri queat suprascriptus Castilioneus. Ibidem laud. Bonafossa falso censuit a Rubeo omissum fuisse Castilioneum. Illum quidem recenset in sua Diptycha pag. 357. in fine, sed in magnum incidit errorem, quoniam duobus omissis Episcopis, Thoma nempe Mediolanensi, & Francisco de Lantis, Castilioneo tribuit Episcopatus annos XVII. Vide ibidem.

L X I X.

DE CAPRIS Bartholomaeus electus anno MCCCCV. XVI. kal. Aug., ad Archiepiscopatum Mediolanensem translatus An. MCCCCXIV. VII. Idus Februarii.

N O T A E

Quod asserit hic Vghellius Bartholomaeum de Capris translatum fuisse ad Archiep. Ecclesiam Mediolan. an. MCCCCXIV. VII. Id. Febr. argumento est haec illum hausisse ex Regestis Romanis, de quibus paulo ante disseruerat, ubi Secretarii munere fungebatur apud S. P. Innocentium VII., certe ea constant etiam ex fastis Ecclesiae Mediolanensis.

Ab Ecclesia Cremonensi amotus fuerat an. MCCCCXII., cum in suspicionem venisset Joansi XXIII., quod foveret partes

Gregorii XII. Pseudo-Pontificis, quam ob causam Episcopatu Cremon. spoliatus manserat usque ad ann. MCCCCXIV., quo quidem labente probata, & cognita ejus innocentia in Concilio Constantiensi, meruit, ut ab eodem Pontifice ad Sedem Archiepiscop. Mediolanen. eveneretur. Cl. Bonafossa in suo MS. libro Episcop. Cremon. pag. 31. scribit ex Morigia, monumenta quoque nostra citans, quin tamen proferat, Vghellium in errorem lapsum cum asseruit Bartholom. Capram a Cremon. Episcopatu dejectum, ita mansisse usque ad annum MCCCCXIV.; id enim evenisse anno tantum MCCCCX. Sed ipse Bonafossa a Morigia deceptus in hunc errorem lapsus fuit. Legere debuisset quæ habentur Tomo IV. Italizæ sacræ Vghelli sub Fr. Francisco Greppa, qui fuit Capræ nostri Decessor in Archiepiscopatu Mediolan. sub num. 109. Ibidem enim præmittit *Franc. de Greppa exulem vixisse usque ad an. MCCCCXIV.*, illud addens post pauca = irrefragabilem tamen esse ejus electionem, & excessum, quem nobis (Verba sunt Vghelli) prodiderunt ex fide Apostolica monumenta, libri scilicet obligationum sub *Alexandro V.* fol. 17. librique promotionum Prælatorum sub *Joanne XXIII.* fol. 152., qui servantur in Vaticano: quos inspiciendi nobis potestatem fecit *Felix Contelarius Apostolicus olim Archivista, S. Consultæ Secretarius &c.* Tum immediate subdit = *Bartholomæum deinde Capram Mediolanensem titularem Episcopum ex decessu Francisci, Joannes XXIII. Mediolanen. promovit ad Sedem MCCCCXIV. VII. Id. Februarii* = Si hæc utique legisset, quæ a Contelorio oculato teste ibidem notata sunt, Cl. Bonafossa nullo in pretio habenda judicasset, quæ Paulus Morigia scribit, quæque ab eo citantur ignota

monumenta. Itaque principii loco stet Bartolomæum Capram postquam amiserat Episcopatum Cremonensem, ejusque cognita fuerat causa ad Archiepiscopatum Mediolanensem electum fuisse anno MCCCCXIV. die VII. Id. Februarii. Vide etiam Arisium Crem. lit. pag. 222. qui singula confirmat, quæ haec tenus allata sunt.

Si audiendus esset Joseph Brescianus tam sëpe cit., hoc loco recensendus foret Hypolitus Trecchi ex illustri Famil., quem ille affirmat Episcopum suæ patriæ electum fuisse a Joanne XXIII., qui antea Romæ in numero Prælatorum, & Auditor Gregorii XII. fuerat, ac per biennum hanc Ecclesiam administraverat. Vide ejus lib. *Rose e Viole* pag. 70. Sed quod hæc nullo idoneo fundamento nitantur, vel ab ipso egregio Bonafossa repudiantur.

LXX.

FONDVLVS Constantius Canonicus Ecclesiæ majoris electus anno MCCCCXII., se abdicavit anno MCCCCXXIII.

NOTÆ

Constantius iste ex stirpe Cabrini Cremonæ Domini, non tam ex ipsis precibus, quam suis meritis postquam Bartolomæus Capra a Gregorio XII. Cremonensi Sede ob suspiciones spoliatus fuerat, anno MCCCCXII. XV. kal. Aprilis a Joanne XXIII. ad hanc Cathedram fuit promotus Pastore vacuam. Rexit eamdem usque ad annum MCCCCXXIII., eoque munere ultro se abdicavit ad arbitrium Martini V. S. Pontif. Notatu dignum, quod sub hoc Præsule anno MCCCCXIV. Cremonam se contulere suprascriptus Pontifex Joannes XXII., qui dictus XXIII., cum præ cæteris comitantibus XIII. S. R. E. Cardinalibus, ac Sigismundo Imper-

ratore Aug. cum pluribus Principibus, proceribusque, tum Germaniae, tum Italiæ, a Cabrino, & Constantio Præsule summis cum honoribus recepitis. Vbi etiam sua habuere comitia, quibus Cabrinus interfuit. Deinde Mantuam progressi de cogendo Constantiensi Concilio egerunt. Vidend. Arisius Tom. I. pag. 223.

LXXXI.

VENTVRINVS de Marnis electus anno MCCCCXXIII., vita functus anno MCCCCLVII.

NOTÆ

Fuit Abbas Ordinis S. Benedicti ad hanc Sedem electus a Martino V. Summo Pontifice. Sub hoc Antistite Cremonæ a fundamentis erecta fuere Monasteria S. Monicæ instituti S. Augustini, & Sanctissimi Corporis Christi a Piissima Femina Blanca Maria Francisci Sforzæ uxore eodem anno MCCCCLIV. Diuturno tempore rexit hanc Ecclesiam Venturinus de Marnis, ut fidem facit Necrologium nostræ Eccl., in quo hæc habentur ad diem XIII. kal. Decembris. MCCCCLVII. die Sabbathi XVIII. Novembris, Reverendus in Christo Pater Dominus Venturinus Episc. Cremon. viam universæ carnis est ingressus. Hinc emendandus Vghellius, qui eidem assignat annum emortualem MCCCCLIV., diemque XIX. mensis Octobris, tum etiam Rubeus, a quo statuit annus MCCCCLVIII., diesque pariter XIX. Octobris. Vghellius in Italia sacra postea subjungit Jacobum Neapolitanum defuncto Venturino successisse anno MCCCCLIV., decessisse anno MCCCCLVIII. Nihil ibidem addit Vghellius ad ea probanda, quæ nude affirmat, sed et Cl. Zacharias perpetuus Vghelli Commentator pariter silet lib. sui pag. 149.

Nihil de eo habet Rubeus in Diptycha, nihil Brescianus, nihilque Arisius. De cæteris Auctòribus nostris incomptum mihi quid affirment. Quod certum Vghellius in errorem abreptus est, dum scribit Jacobum Venturinum successisse anno MCCCCLIV. Vidimus enim paulo ante ex Necrologio Ecclesiae Cremonensis, Venturinum obiisse die XIII. kal. Decembris anni MCCCCLVII. Ex quo errore factum puto, quod idem Vghellius lacunam existere putaverit Venturinum inter, & Bernardum, eamque nescio quo ex fonte ita splendam existimaverit, cum nullus revera supersit locus, cui Jacobus inseri possit. Nam idem ipse Vghellius, & vere quidem, immediate subjungit, post Jacobum Neapolitanum, numero sequenti sui Catalogi = *Bernardus Rubeus Parmensis in spiritualibus, aequa ac in temporalibus hanc Cremonensem Ecclesiam suscepit administrandam die XXIV. Aprilis anno MCCCCLXVIII.*, cujus etium deinde Sedes sub Pio II. evasit Antistes = Ex monumento præterea, quod Cl. Bonafossa refert in sua MS. Serie Episc. pag. 32. constat, quod hæc Sedes adhuc vacua Pastore, esset die tertia Februarii an. MCCCCLVIII., quo ejusdem bona a Vicario Capitulari administrabantur, ut ibidem legitur. Adde denique quæ affert Rubeus in Diprycha de Bernardo de Rubeis administratore sub Num. 66. *Venturino de Marnis Cremonæ Episcopo defuncto, in ejus locum subrogatus fuit a Pio II. P. M. Bernardus Rubeus anno MCCCCLVIII. die XIX. mensis Octobris. Die vero XVI. mensis Novembris Vrbem ingressus est quo die magna fuit contentio inter Zanebonos, & Viscardos, & Confalonierios, quosque eorum contendentes ad se spectare equum, quo vectus in Vrbem ipsam fuerat*

Episcopus. Hæc sane tam publica, ut esse debuerunt, secum afferunt veritatis notam. Si hæc igitur vera sunt, ut quisque facile sibi suadebit: ubi quæso tempus, locumque invenies, quo post Venturinum vita functum die XIX. Novembris an. MCCCCLVII., et Sede Cremonensi adhuc Pastore vacua die III. Februarii MCCCCLVIII., immo administrante adhuc eamdem, ut habet Vghellius, die XXIV. Aprilis anni super scripti MCCCCLVIII. Jacobo de Rubeis, qui futurus Venturini successor, Jacobum Neapolitanum inserere possis, cumque eligi, initiari, atque ab eo hanc Ecclesiam administrari potuisse intelligas, cum mense jam Octobri ejusdem anni idem Bernardus hanc Ecclesiam post suam consecrationem gubernare cœpisset? Non injuria itaque statuendum censeo Jacobum hunc Neapoletanum ab Episcoporum Cremonensium serie expungendum esse.

LXXIL

DE RVBEIS Bernardus a Pio II. electus die XIX. mensis Octobr. anni MCCCCLVIII., translatus ad Novariensem Cathedram anno MCCCCLXVI.

NOTAR

Concordat electio Bernardi de Rubeis facta a Pio II. paulo post, quam summus Pontifex inauguratus fuerat. Nam Petri Cathedram ascendit die XIX. Augusti an. MCCCCLVIII. Vide Annal. Italæ Tom. IX. pag. 467. Sub hoc Antistite Ecclesia S. Sigismundi extra muros, vetere destructa magnificenter ædificari cœpit una cum adjecto Monasterio magnis sumptibus Excellentiss. D. Blanchæ Mariæ, quæ postea in eadem Ecclesia sacris cæremoniis in matrimonium copulata fuit Francisco Sforzæ Duci Mediolanensi anno MCCCCLXIII.

Adhuc manet, & est maximi splendoris, decorisque huic urbi ob ornamenta omnis generis, quibus resulget, præsertim excellentium Picturæ Artificum.

Postquam summa cum prudentia Bernardus annos octo rexisset hanc Ecclesiam, a Paulo II. P. M. translatus fuit ad Novariensem Cathedram; non anno quidem MCCCCLXIV., vel sequenti, ut habet Vghellius, sed anno MCCCCLXVI. VII. Id. Octobris, ut Acta Ecclesie Novariensis apud eundem Vghellium fidem faciunt. Biennio post Romæ decessit anno MCCCCLXVIII. ex epigraphe sepulcrali, atque ex Fastis Novariensibus sub eodem Episcopo. Vide Monum. L.

LXXXIII.

BVTICHIELLA Jo. Stephanus Papiensis, translato ad Novariensem Ecclesiam VIII. Idus Octobris an. MCCCCLXVI. Bernardo de Rubeis, ad hanc Cathedram electus fuit labente mense Februario anni MCCCCLXVII. vita funetus anno MCCCCLXXII.

NOTAE

Ex literis Jo. Galeatii Sforiae Duci Mediolani datis Papie die XXII. Februarii anni MCCCCLXVII., quibus ille Decurionibus Civitatis Cremonæ significat a summo Pontifice ad Episcopatum Cremonensem electum suisse Ven. Joannem Stephanum Butichiellam, habes annum, diemque proximum, quo ille hanc Cathedram ascenderit. Vide Monum. LI. ex Aris. Tom. I. pag. 299.

Ab hoc Antistite nomen accepit Aquæductus, quo irrigantur prædia Episcopatus in loco Jovisaltæ, eo quod ipse Butichiella illum suis expensis extruendum curaverat. Sub eodem Episcopo anno MCCCCLXXI. Ecclesia S. Agathæ, ejusque

Præpositura Canonicis Regularibus suppressis, qui eam obtinebant, commissa fuit Antonio ex Familia Archidiacono, cum onere erigendi binos Canonicatus ex ipsius Præpositorum redditibus. Ita narrat Rubeus in sua Diptycha. Stephanum Butichiellam scribit idem Rubeus anno MCCCCLXXII. diem suum obiisse, cui consentit Vghellius. Sed Brescianus Inscriptionem referens ex numero earum, quæ deperditæ supponuntur, & extitisse in Templo majoris Ecclesiae Cremon., scribit Butichiellam Episcopum obiisse die XV. Junii An. MCCCCLXXIV., sed ut omittam non levem suspicionem ingerere, quod ea tempore ætati nostræ tam proximo, præsertim vero Bresciani, & Rubei inventa non sit, notandum, quod Joannes a Turre, de quo mox dicendum, qui fuit ejus Successor, ad Episcopatus gradum assumptus scribitur ab Vghellio anno MCCCCLXXIII. XVIII. kal. Februarii, annum nempe integrum cum dimidio ante Butichiellæ obitum. Additur vero electionem factam XVIII. kal. Februarii, quod indicio est hæc hausisse Vghellium ex Regestis Vaticanis, ut sæpe alias notatum fuit. Itaque retinendam potius existimo lectionem Rubei, & Vghellii.

LXXXI.

A TVRRE Jacobus Antonius electus XVIII. kal. Febr. anno anno MCCCCLXXIII. vita functus anno MCCCCXXCVI.

NOTÆ

Brescianus, aliquie ex nostris scribunt hunc Episcopum patria fuisse Cremonensem, sed potius assentiendum puto Vghellio, qui eum Mediolanensem appellat. Id enim non obscure inferri puto ex gentilitio Familiae sepulcro, quod Mediolani erectum in Templo S. Mariae, quæ Gratiae appellatur, ad-

huc superest. In eo enim legitur, quod *Jo. Franciscus de la Torre Comes Palatinus ac Ducalis Quæstor Reverendiss. in Christo Patri D. Jacobo Antonio de la Torre Ducali Senatori Patri ec. illud erexerit.* Quod igitur Episcopus ipse antea Senatoria dignitate decoratus fuisset, quod ejus filius, quem ante Episcopatum ex legitimis nuptiis genuerat, officio Ducalis Quæstoris fungeretur, ipsum denique gentilium Monumentum Mediolani erectum, superstite adhuc ipso Patre Jacobo Antonio, tum Jo. Francisco, liberisque suis, ut ibidem additur, rem satis testatam facere puto. Vide Monum. LII. Ab hoc Antistite reformata fuisse narrat Rubeus statuta Capituli Ecclesiæ Cathedralis, quæ suo etiam tempore servabantur. Sub ejus quoque Episcopatu erecta fuit Ecclesia S. Rochi extra urbem ex voto Civium. Decessit anno MCCCCXXCVI., ut sub Ascanio Sforzia ejus Successore mox videbimus, ejusque corpus translatum fuit in gentilium Monumentum, quod jam erectum fuerat anno MCCCCXXCIII., ut in eodem adnotatum legitur.

LXXV.

SFORTIA Ascanius Maria Cardinalis ad hanc administrandam Ecclesiam electus die XXVIII. Julii an. MCCCCLXXXVI. obiit Romæ an. MDV.

NOTAE

Ascanius Maria Sforzia Francisci Ducis Mediolanensis, & Cremonæ Domini F. ex Blanca Maria Vicecomite natus, dum ea Cremonæ morareretur pro ædificando Monasterio Monialium Ordinis Divi Augustini. A pueritia humanioribus literis a summo Rhetore Petronio Cremonensi imbutus, tum majoribus studiis Romæ incumbens, unde triginta annorum ætate a

Sixto IV. Summo Pontifice Cardinalis creatur anno MCCCC-LXXXIV. Anno vero MCCCCXXCVI. die XXVIII. mensis Julii ad hanc Ecclesiam regendam eligitur ab Innocentio VIII., cum ille jam Episcopatus quoque Novariensem, & Papiensem, aliasque opulentas Abbatias obtineret. Praclarum extat monumentum, quod ex integro describit Arisius Crem. Lit. Tom. 1. pag. 335., & est Epistola gratulatoria Vrbis universæ pro electione Ascanii Mariæ Sfortiae Card. in administratorem perpetuum Ecclesiae Cremonensis electum post Jacobi Antonii a Turre obitum. In fine ejus legitur: *Dat. Cremonæ die XXII. Septembbris MCCCCXXCVI.* Atque subscribuntur Canonici, & Capitulum majoris Ecclesiae Cremonæ, nec non Præsides negotiis dictæ Civitatis, totusque Populus Cremonensis. Vide Monum. LIII.

Ex hoc itaque Monum. patet, quo anno vacante hac Sede Ascanius Sfortia hanc administrandam Ecclesiam suscepert. Errarunt igitur cum Rubeo quotquot ex gentilitio sepulcro Jacobi Antonii della Torre, quod toti Familiae Mediolani erexit, dum adhuc inter vivos ageret Jacobus Antonius Episcopus anno MCCCCXXCIII., putarunt illud in ejus obitu positum fuisse. Anno MCCCCXXCVIII. nonis Aprilis cum Ascanius Sfortia absens hanc Ecclesiam administraret ab Innocentio VII. Bullam impetravit contra Detentores Bonorum Episcopatus. Legitur ista in Libro Privileg. Episcopii Cremon. pag. 225. Vide Monum. LIII.

Instabilis fortunæ vices Cardinalis iste tam Ducis Fratris sui causa, quam ob Ducatus Mediolanensis infortunia, quæ ipsi eo tempore evenerunt, expertus est. Sed forti semper animo adversa quæque tulit, coluitque viros sui sæculi doctissimos,

qui de eo summa cum laude mentionem fecerunt, ut Guicciardinus, Jovius, Garimbertus &c. Decessit Romæ non sine suspicione veneni anno MDV., meruitque, ut ab ipso Summo Pontifice Julio II. in Ecclesia S. Mariæ de Populo marmoreum ipsi sepulcrum extrueretur cum elogio. Vide Monument. LV.

LXXVI.

FRANCIOTTVS Galeottus Roboreus Card. electus an. MDV.
Decessit an. MDVII.

NOTÆ

Erat iste Card. Luchinæ Julii II. sororis filius, ab eodem Julio adlectus Episcopus Lucensis, sed anno MDV. ad hanc Ecclesiam administrandam translatus, dominante tum temporis in hac Vrbe Republica Veneta. Non modo extitit Card. Vice-Cancellarius, sed etiam decoratus fuerat insula Beneventana, & Patavina, aliisque. Decessit die XI. Septembris anni MDVII., ex Ciaconio MDVIII., fuitque in Ecclesia S. Petri Romæ sepultus in sacello Sixti IV. cum hoc Epitaphio: DEPOSITVM GALEOTTI CARDINALIS S. PETRI IN VINCULA.

LXXVII.

TRIVISANVS Hieronymus elect. anno MDVII. Decessit an. MDXXIII.

NOTÆ

Episcopus iste nobilis Venetus ad hanc regendam Ecclesiam a Julio II. electus fuit die 2. mensis Octobris anni MDVII. Partim præsens, partim absens hanc Ecclesiam administrare debuit, eo quod post victoriam, quam Galli apud Addam flumen reportaverant, Cremona Venetis adempta, alias Do-

minos subire debuerat. Itaque Trivisanus quoque Episcopus Reipublicæ suæ fortunam secutus Venetias concessit, ubi diem clausit supremum.

Fuerat Abbas S. Thomæ de Torcello Cisterciensis Ord. Laudatur ob suam non modo eruditionem singularem in humanis, divinisque rebus, sed etiam ob eximiam prudentiam, qua præstabat in gravissimis quibusque negotiis expediendis. Ejus dies emortalis notatus legitur in veteri Martyrologio S. Thomæ Torcellarum Ord. sui hisce verbis = *VI. Kalend. Martii anno MDXXIII. obiit Reverendiss. D. Hieronymus Trivisanus Episcopus, & Instaurator hujus Monasterii S. Thomæ Ord. Cisterciensis.*

LXXXVII.

ACCOLTVS Petrus Florent. translatus anno MDXXIV. hanc tenuit Cathed. ad an. usque MDXXVIII., vel seq.

NOTÆ

Petrus Accoltus Florentinus Anconæ Cardinalis vocatus ex Archiepiscopatu Ravennaten. ad hanc Cremonensem Ecclesiam translatus fuit anno MDXXIV. die XVIII. Augusti. Sed anno MDXXIX. die prima Octobris ex Vghellio, vel ut censet Bonafossa anno præcedenti MDXXVIII. hanc ipsam Ecclesiam in administrationem Nepotis sui Benedicti Accolti cum aliis opimis Sacerdotiis transferendam curavit. Ipse vero Petrus anno MDXXXII. Romæ vitam cum morte commutavit, fuitque in Ecclesia S. Eusebii sepultus.

LXXXIX.

ACCOLTVS Benedictus elect. an. MDXXIII. translat. Ravenn. an. MDXXIV., reversus ann. MDXXIX. obiit anno MDXLIX. mense Septembri..

NOTE

ACCOLTVS Benedictus Florentinus ex celebr. Hispaniarum Gadi-
tano Episcopatu translatus fuit ab Hadriano VI. anno MDXXIII.
die XVIII. Martii ad hanc Sedem Cremonensem, sed eam
brevi commutavit cum Ravennatensi, cui præterat Petrus
Accoltus ejus Patruus, die XVIII. Augusti anni MDXXIV.
Anno vero MDXXVII. in sacrum Cardinalium Collegium
cooptatus, Patruo cedente ad hanc Cremonensem redit, quam
deinceps retinuit ad annum vitæ sue supremum. In utroque
scribendi genere maxime excelluit, Coœvos habuit egregios
viros, atque inter cariores amicos Bembum, Sadoletum,
Paulum Manutium, Gyraldum, aliosque plures, quos hic
nominare non vacat. Obiit Florentiae anno MDXLIX. mense
Septembri.

In errorem abreptus est Vghellius, dum scripsit sub hoc eodem
Benedicto Accolto = Clementem VII. ad hanc Sedem cum-
dem provexisse anno MDXXIII., die XXVIII. mensis Martii =
Nam Clemens VII. electus quidem fuit Pontifex anno
MDXXIII., sed die XIII. kal. Decembris. Nondum ergo
die XXVIII. mensis Martii Pontificiam Sedem ascenderat.
Hadrianus vero VI. adhuc inter vivos agebat, cum ex Fastis
Ecclesiasticis constet eundem obiisse kal. Octobr. anni
MDXXIII. Lapsus quoque est Cl. Bonafossa dum in Libro
MS. Episcoporum Cremonen. pag. 45. de eodem Benedicto
Accolto verba faciens affirmat = *A Caditana Ecclesia ad
Cremonensem translatum fuisse non a Clemente VII. die
XXVIII. Martii anni MDXXIII., sed ab Hadriano VI.
die XXVIII. Martii anni MDXXIV.* = Nam ex dictis paulo
ante Hadrianus VI. mortem cum vita commutaverat kal.

Octobr. anni MDXXIII. Vera lectio utriusque loci substituenda esse debet. Benedictum Accoltum ab Adriano VI. e Gaditana Ecclesia ad hanc translatum fuisse die XXIII. mensis Martii anni MDXXIII. Assertio vero Bonafossæ, ex eo etiam sustineri nequit, quod si Accoltus anno MDXXIV. secundo translatus dicendus eset a Ravennatensi ad hanc Ecclesiam, vix ac ne vix quidem tempus intelligi posset, quo ea secunda translatio exequi potuisset.

Cl. Zacharias Libri sui Episcop. Cremon. pag. 153. post utrumq. Accoltum Cardinales, & Episcopos Cremonenses hanc subjicit adnotationem ex Arisio Tom. 1. p. 101. = Anno MDXLIX. post obitum Benedicti Accolti Paulus III. ad insignem patriæ Præsulatum Vidam promovisset, nisi ad paucos dies Pontifex e vita decessisset. Constat sane ex Regestis in Archivio patriæ Vidam nostrum a Cathedralis Capitulo in Episcopum Cremonar fuisse electum; die namque Jovis 14. Novembris coram Decurionibus congregatis, inter alia fuit expositum: Die hesterna præfatum Collegium, seu Capitulum, ut opportune provideret de persona idonea ad dictum Episcopatum, congregatis legitime ipsis R.R. DD. Canonicis cum diligenter excursionem fecisset de omnibus personis ipsius Civitatis idoneis ad illam dignitatem, & qui residere vellet, & posset præsentialiter in dicto Episcopatu, nullum magis idoneum invenisse, quam Multum R. D. Hieronymum Vidom ejusdem item Collegii Concanonicum: quippe qui omni virtutum genere, & divini cultus observantia egregie prestat, adeo ut etiam lange major ei dignitas convenire possit; propterea unanimiter omnes ipsum M. R. D. Hieronymum Vidam in Episcopum Civitatis Cremonæ omni meliori modo elegisse.

seu postulavisse = Hæc ex integro exscribere placuit, ut clare pateat in hac electione nullam de præclarissimo viro M. Hieronymo Vida, qui fuit Albæ Episcopus mentionem fieri. Quod si ita non esset, omitti non debuissent, nec omissi fuissent ejus tituli Episcopatus Albæ, quem tanto antea a Clemente VII. consecutus fuerat. Imo verius dicam, nec proponi ejus electio potuisset, sed postulanda erat a Sede Apostolica ejus translatio, prænomen etiam *Marci* in ea postulatione omittitur, quod argumento est de alio sermonem esse. Denique legitur ibidem eum ab Electoribus Episcopum nominari, qui residere possit præsentialiter in dicto Episcopatu, quod conciliati minime potest cum Episcopo, qui in alia Sede resideat. Ad hæc utique si animadvertisserent Scriptores nostri, de alio potius ejusdem nominis Vida ad eligendum a Canonicis proposito cogitassent. Ac revera res ita se habuit, nam cum actus electionis supra descriptus affirmet Hieronymum tunc electum in Episcopum *fuisse Concanonicum Collegii*, teste Cl. Bonafossa, qui apud se habebat M. Hieronymi Episcopi Albæ testamentum ex eo constare affirmat hunc quidem, qui fuit Episcopus nunquam extitisse Canonicum, ejus vero fratrem nomine pariter Hieronymum *fuisse Canonicum*, ac propterea in actu suprascripto propositum, atque in Episcopum electum. Eodem autem teste Bonafossa hæc ultima fuit a Canonicis facta electio Episcopi.

Cæterum quanti faceret Paulus III. M. Hieronymum Vidam Albæ Episcopum, de cuius laudibus nulla unquam ætas conticescat inter alia argumenta hoc etiam clare fit manifestum. Nam cum idem Pontifex anno MDXLIII., die IV. kal. Martii Roma egressus in Insubriam se contulisset, ab Urbe

Placentia, ubi sperabat se cum Carolo V. colloquium habiturum, hanc interim eidem suo nomine scribendam Epistolam jussit, qua præstantem hunc vitum monitum voluit, ut ad generale Concilium Tridentinum jam indicatum primo quoque tempore se conserret.

Foris Venerabili Fratri Hier. Vidae Alben.

Intus vero: *Ven. Fr. sal. = Licet generaliter te cum Prælatis monuerimus, ut ad universale Concilium Tridenti indicatum te conferres, tamen idipsum specialiter ob probitatem, & doctrinam tuam agendum existimantes hortamur, tibiique præcipimus, ut ad dictum Concilium quamprimum te conferas.*

Datum Placentiae XIV. Aprilis MDXLIII. an. IX. BLOS

Vide Monum. LVI. Ex Archiv. Vatican. Vairanus Monum. Cremonensia.

Obiter autem hic notandum colloquium, de quo supra diximus, eo tempore, quo data fuit Epistola effectum non habuisse ob longiores moras a Carolo Imperat. interpositas, dum Januae subsisteret, ita ut Pontifex Paulus III. primo ad Ducem Ferrariensem, deinde Bononiam diverterit. Tandem convenere utrique in nobili Oppido Buxeto, spectatissimæ vel tunc Familia Pallavicinæ, inter Cremonensem agrum, & Placentiam posito. Quo die pervenerint, & quantum ibidem morati sint docet Inscriptio marmorea, quæ adhuc extat in fronte Templi Insignis Collegiate ejus Oppidi. Sic autem se habet:

D. O. M.

PAVLVS III. PONT. MAX.

EX FARNESSION. GENER.

ROMANVS ET CAROLVS V.

ROMAN. IMPER. ANNO SALVT.

M. D. XLIII. OCT. KLEN. JVL.

CIVITATIS HVIVS HOSPITIO

BENIGNE EXCEPTI REM

MAGNAM VT ABSOLVERENT

BVXETI DIES JVCITER

QVINQ. FELICITER VNA

CV PROCRIBVS SVIS

COMMORANTVR

Confirmat insuper liber antiquus, qui ibidem servatur apud Familiam Vitali, in quo rudi quidem stilo scriptum ita legitur:
Dil 1543. a di 24. Zugnio vene Papa Paulo Terzo a Bux.¹⁰
a parlamento cum Carlo Quinto Imperator di Roma e cum il Papa vi hera 24. Cardinali, Vescovi Sigri gentilominis un numero grande. Cum sua M.¹¹ Impiale vi hera, il ducha di Ferrara, il ducha di Mantova, il Marchese del guasto, il principe di piemonse, dun ferundo gonzaga in quel tempo governatore del stato di Millano, il ducha oracio farnesse, e madama figliola del Imperatore. Vi hera pnoi uno numero infinito di gentilomini e Sigri e duchi di Spagno. ≈ Vrunque autem monumentum mihi comunicavit laudatus supra Petrus Seletti, quem hic iterum honoris causa nominio. De hoc adventu in Italiam, deque colloquio habito inter Pontif. Max., & Carolum V. Imperat., ut etiam de causis, cur haberetur plura invenies apud Murat. in Italiae Annalib. ad

annum 1543. Tom. X. pag. 302., & seq. Vbi tamen emen-
dandum dum pag. 303. scribit Summum Pontif. die 21. Junii
venisse Buxetum, cum dies ejus ingressus ex duobus monum.
supra allatis fuerit dies 24.

LXXX.

SFONDRAVVS Franciscus Card. Ele^t. Episcopus Cremonen.
die XIX. Novembr. MDXLIX. Obiit prid. kal. Augusti MDL.

NOTAE

SFONDRAVVS Franciscus Cremonæ natus Familia^e splendorem
plutimum auxit. Antequam ad honores Ecclesiasticos ascen-
deret felicitate ingenii in prima ætate, emensis Juris Pru-
dentiae studiis, apud nobiliores Universitates, atque Academias summa cum laude Cathedram ascendit. Deinde in plu-
ribus, difficillimisque Legationibus obcundis Ducibus Medio-
lanensibus maximo usui fuit; ita ut deinceps ejus probitate,
prudentiaque perspecta Carolus V. Imperator Consiliarium
suum, & Mediolani Senatorem declaraverit. Deinde electus
Senas ad intestinas illorum Civium discordias sedandas mira
dexteritate, ac felicitate easdem composuerit. Postmodum
vero e vivis erupta Conjuge sua Anna Vicecomite lectionissima
Femina Paulus III. S. P. Franciscum Romam accersitum
dignitatibus Ecclesiasticis auxit, cumque Sarnensem Episco-
pum, & Amalphitanum Archiepiscopum declaravit. Nec
multo post in Germaniam ad Carolum V. Imperat: missus,
dum Legati munere apud illum fungeretur anno MDXLIV.
in sacrum Cardinalium Collegium cooptatus fuit. A Germa-
nica Legatione redux, altera Perusina ornatur. Interea Be-
nedicto Accolto e vivis abeunte anno MDXLIX. Franciscus
Cardinalis Episcopus Cremonensis a Summo Pontifice consti-

tuitur, Caput Aquensis Ecclesiae addita administratione. Tanta autem percrebuerat ejus virtutum, ac prudentiae fama, ut constans opinio fuerit, eodem anno MDXLIX. post Pauli III. obitum parum absuisse, quin summus Pontifex in locum Julii III. a Sacro Senatu eligeretur. Ipse vero post illud Conclave nihil commotus, cum ad suum Episcopatum venisset, ut primum potuit, gravissimis expediendis negotiis Romæ detentus, & incredibili gaudio exceptus fuisse a suis Civibus, die XIV. Junii anni MDL., dum summa animi tranquillitate, ac pietate Clerum, gregemque suum ad puriores instituendos mores cogitaret, inopinato, subitoque morbo, non sine suspicione propinati in Vrbe Roma veneni, pridie kal. Augusti ejusdem anni, moerentibus omnibus, & præsertim duobus filiis tanto patre dignissimis, decessit, nondum bimestri, ex quo in Patriam venerat, elapo, ejusque cadaver in Cathedrali Ecclesia sepultum fuit, erecto postea in Pyramidis formam honorifico, nobilique sepulcro cum elogio, quod vide Monum. LVII. Non est autem hoc loco prætermittendum, quod supra omisimus, Franciscum Cardinalem non sola Juris Prudentiae laude commendandum esse, sed etiam in amœnioribus Musarum studiis enitusse, ut præcipue ostendit Heroicum ab eo contextum poema de Raptu Helenæ, quod miris modis a Scriptoribus celebratur. Neque demum coronidis loco sileam Cardinalem nostrum in duobus, quos ex Anna Vicecomite, generat filiis, fortunatissimum extitisse. Nam unus ad summi Pontificatus apicem ascendit, alter vero tam eximii fuit animi, morumque candoris, virtutibus cæteris illum comitantibus, ut omnes in sui admirationem, amoremq[ue] pertraheret, ex quo etiam factum

fuerit, ut inter intimos Caroli V., ejusque filii Philippi Hispaniarum Regis haberi meruerit.

LXXXI.

CAESIVS Federicus Card. Roman. ex Tudert. Episcopat. ad Cremon. translat. anno MDLI. Obiit an. MDLX.

NOTAE

Federicus Cæsius Romanus a Paulo III. Presbyter Card. creatus, cum Tudertinam Cathedram obtineret a Julio III. Summo Pontifice, ad hunc Cremonensem Episcopatum translatus fuit die XVIII. mens. Martii anno MDLI. Cum autem hanc Ecclesiam per annos novem, minus aliquot dies, administrasset, pluribus exornatam muneribus in favorem Nicolai Sfondrati, qui fuit deinceps Summus Pontifex, renuntiavit anno MDLX. Federicus autem Cæsius post suam translationem gradatim Episcopatus Suburbicarios obtinuit, obiitque Romæ Episcopus Portuensis an. MDLXV., die V. kal. Februarii, ejusque corpus apud S. Mariam Majorem Romæ in nobili Cæsiorum Sacello honorifico sepulcro ex marmore reconditum cum aenea ipsius effigie, additoque elogio quiescit, quod vide Monument. LVIII.

Obiter hic emendandus Vghellius, cæterique, quos secum in errorem pertraxit, dum sub hoc Card., & in Libro Zachariæ Episcopor. Cremonensium pag. 155. scribit ≡ *Federicum Cæsius hanc Ecclesiam decem omnino annos administrasse* ≡ Nam cum idem Vghellius affirmet Card. Cesium ad Ecclesiam Cremonensem a Julio III. translatum fuisse die XVIII. Martii anno MDLI., constet autem Nicolaum Sfondratum ejus Successorem anno MDLX., die XV. mensis Februarii, vel ut cit. Lib. notat. Zacharias (ex Actis 13. Martii) a

Pio IV. adlectum fuisse Episcopum Cremonensem, eodem ipso referente Vghellio, patet utique inter utrumque terminum annos novem tantum intermedios esse, diebus minus XXIX. in computatione Vghellii, in ea vero Zachariæ annos novem, diebus sex minus. Neque affirmare satis esset Federicum Cæsum ad hanc Ecclesiam translatum fuisse anno præcedenti MDL., quod statuit Rubeus in Diptycha. Nam cum certo constet Franciscum Sfondratum Cæsii Decessorem, ut probatum est, pridie kal. Aug. ejus anni e vivis sublatum fuisse; probatum item fuerit Cæsii Successorem Nicolaum Sfondratum, dimittente Episcopatum Cæsio, ad hanc Cathedram electum fuisse die XV. Februarii, vel XIII. Martii anni MDLX., adhuc deficiunt plures menses ad constitendum integrum decennium inter hosce terminos, ut Vghellius, cæterique cum eo computabant.

LXXXI.

SFONDRATVS Nicolaus elect. Episcopus Cremonen. anno MDLX., deinde Summus Pontifex anno MDXC. Obiit anno MDXCI. Id. Octobris.

NOTÆ

SFONDRATVS Nicolaus Francisci Sfondrati, de quo paulo ante dictum est, fil., secularibus dimissis honorum gradibus, & animo ad res Ecclesiasticas adjecto, exactis vix quinque lustris hanc Cremonensem Ecclesiam, resignante Federico Cæsio Card. die XV. mensis Februarii, vel ut jam supra innuimus, XIII. Martii anni MDLX. adeptus est. Paulo post sacro œcumenico Concilio Tridentino interfuit, in quo ejus opera salubertimum illud decretum de tollenda Beneficiorum pluralitate conditum fuit. Hinc ab eo discedens, ut habet

Ciacconius de Pontificum vita, & rebus gestis \equiv sapientissimi viri, & religiosissimi Praesulis nomen est consecutus. \equiv
 Ad Episcopatum reversus in Cathedrali Ecclesia primo quoque tempore duabus habitis Dioecesanis Synodis, in iis decreta sacri Concilii Tridentini servanda esse indixit. Suæ autem Ecclesiae tanta integritatis, vigilantie, sapientiaeque laude præfuit, ut a Gregorio XIII., anno MDLXXXIII. pridie Idus Decembris in sacr. Cardinalium Collegium cooptatus fuerit, post mortem vero Urbani VII. in causa fuerit, ut unanimi Cardinalium consensu ad Divi Petri Cathedram evehheretur nonis Decembris anni MDXC. Gregorium XIV. Pontificatu dignissimum fecere præter cæteras omnes virtutes, admirabilis ejus vitæ, morumque innocentia, tum justitiae, prudentie, ac temperantie apud omnes hominum ordines mira commendatio. Postremum diem clausit Idibus Octobris anni MDXCI., cum esset ætatis suæ annorum LVI. mensium VII., ac tenuisset Divi Petri Cathedram menses X., totidemque dies, Episcopatum vero Cremonensem annos fere XXX. Vide ejus elogia Mon. LIX.

LXXXIV.

SPECIANVS Cæsar Cremonensis. Ex Novariensi translatus ad hanc Sedem die I. Febr. an. MDXCI., vita funsus die XX. Aug. Anni MDCVII.

NOTÆ

Cæsar Specianus, qui exitit singulare decus, & ornamentum Patriæ, & Episcopatus Cremonensis, sub disciplina sanctæ memorie Divi Caroli Borromæi Card. educatus, & ab eo Canonicus Mediolanensis adlectus, Romam missus fuit Procuratoris nomine ad singula quæque gravissima negocia.

expedienda, quæ præsertim ad Ecclesiasticam jurisdictionem spectabant. Quo in munere per plures annos summa fide, & singulari prudentia se gerens maxime inclaruit. Deinde Pii V. jussu cum Card. Alexandrino Nepote in Hispania legatione functus a Gregorio XIII. Sedem Novariensem obtinuit; electus deinde ad Petri Cathedram Gregorius XIV., ipsum Patriæ Episcopum constituit die I. Februarii anno MDXCI. Sed anno mox sequenti Nuncii Apostolici munere a Clemente VIII. in Germaniam ad Rodulphum Imperatorem destinatus, quam præclare, & ex voto tam Cæsaris, quam Summi Pontificis, quamque simul ex Christianæ Religionis utilitate per sexennium se gesserit, inter cætera argumento esse potest, quod contra quosque Principes Hæreticos illarum partium fidem Catholicam, & Ecclesiasticam jurisdictionem, strenue defenderit, atque obtinuerit, ut Concistorium Ecclesiasticum sub utraque specie communicantium in Regno Bohemiæ, abjuratis erroribus, in gremium sanctæ matris Ecclesiæ receptum fuerit. Denique ad suum Episcopatum reversus, Ecclesiam suam, & Episcopium restituit, auxit, ornavit, magnis suis sumptibus, Templumque Divæ Mariæ Assumptæ consecravit die XX. mensis Augusti, anno MDCVII. Vitam majorum honorum gradibus dignam clausit XII. kal. Septembr. an. MDCVII., atque in Cathedrali Ecclesia honoriſſice sepultus cum amplissimo elogio, quod extat, quodque merito subjiciendum. Vide Monum. LX.

LXXXIIV.

SFONDRATVS Paulus Cardinalis electus Episcopus Cremon. die VII. vel die III. mensis Septembr. anni MDCVII. Vita functus die XIV. Febr. anno MDCXVIII.

NOTAE

SFONDRA TVS Paulus Gregorii XIV. Nepos sub optima patrui disciplina educatus, docilitate ingenii in primo juventutis flore utriusque juris lauream est adeptus. Nec defuere quoque reliquæ præcipue animi dotes, ob quas minime mirum videri debet, si ejus Patruus primo sui Pontificatus tempore, idest IV. kalendas Januarii anni MDXC. eumdem Romæ Presb. Cardinalem tituli S. Cæciliæ declaraverit. Opportune autem id accidit, nam cum Summus Pontifex, vel ab initio Pontificatus in adversam valetudinem incidisset, habuit, qui in publica re Christiana administranda, fideliter, summaque prudentia illum adjuvaret. Brevi autem e vivis erepto Patruo Pontifice Max., Paulus tamquam gravissimo pondere exoneratus ad propria Cardinalis munia exequenda animum adjecit. Inter ea præcipue sibi religioni duxit manum admonere ad vetustissimam tituli sui Ecclesiam S. Cæciliæ Virg. & Martyr., & Monasterium adjectum instaurandum, ornandumque, quod revera ingenti suo sumptu perfecit. In ipsius autem maximum decus, & honorem vertendum, quod in effodiendis adeo vetustis, sæculi nempe tertii, ruderibus sacrum Cæciliæ corpus, quemadmodum initio in sarcophago cupressino positum fuerat, invenerit. Quod deinceps sub altari majori marmoreis undique septis inclusio a Clemente VIII. collocatum, tantis, iisque pretiosissimis omnis generis ornamen- tis locupletavit, adiecta quoque ex pario marmore, ejus statua ad similitudinem inventi ejus sacri corporis, attributisque insuper ex censu perpetuo nonaginta lampadibus cum oleo, quæ die noctuque ardere debeant, ut intuentium oculos merito in admirationem rapiat. Aliorum etiam tunc quinque

Sociorum Martyrum Corpora inventa fuerunt, quorum nomina
in argentea lamina descripta inferius vide sub. num. I. II. III.
Cæsare deinde Speciano ad Superos abeunte Cardinalis noster
in Episcopum Cremonensem adlectus fuit a Paulo V. die
VII. Septembbris anni MDCVII. Dum autem Gregi suo re-
gendo summa vigilantia incumberet, transacto nondum
triennio, ad Episcopatum Albanensem unum ex Suburbicariis,
Romæ translatus fuit, quem cum Praefectura Signaturæ
Gratiæ, & supremi Inquisitoris munere, dimissa hac quoque
sua Sede Cremonensi, anno MDCX. retinuit ad obitum
usque, quo creptus Tibure ad Superos evolavit XV. kal.
Martii ann. MDCXVIII. Vitæ suæ sanctissime aëte, ac sum-
mæ ejus pietatis pari cum humilitate conjunctæ testis est
Inscriptio, quam hic subjiciendam duco

PAVLVS. TIT. S. CAECILIAE. S. R. E. PRES. CARD. SFONDRATVS

MISERRIMVS. PECCATOR

ATQVE . EIVSDEM . VIRGINIS . INDIGNVS . SERVVS

HIC . AD . EIVS . PRDES . HVMILITER . REQVIESCIT

VIXIT . ANNOS . LVII . MENSES . X . DIES XXV .

OBIIT . ANNO . MDCXVIII . M . FEBR . DIE . XIV .

ORATE . DEVN . PRO . EO.

Ad dextram introeuntibus spectabile illud Templum, pariete
medio extat nobile ejus sepulcrum cum Elogio præter ejus
voluntatem erectum ab Executoribus Testamentariis Odoardo
Cardinali Farnesio, & Augustino Panicello. Vide Monum. LXI.
Eamdem Ecclesiam pluribus sacris reliquiis ditavit, atque
Hæredem ex asse reliquit cum onere tamen inter alia legata,
suppeditandi oleum pro decem lampadibus, quæ perpetuo
lucere debeant, ut ad meum usque tempus servatum vidi,

ante nobilissimum Altare majus S. Agnetis Virginis, & Martyris, quod est in antiquissima pariter, ornatissimaque Ecclesia in ejus honorem ab Urbano I. consecrata extra muros Vrbis, via Nomentana ad III. lapidem. Non omitendum autem hoc loco innuere huic piissimo Cardinali divino pariter inspirante Numine datum fuisse, ut anno MDCV., in suprascripto altari majori inveniret Corpus S. Agnetis Virg., & M. cum altero eidem proximo S. Ementianæ ipsius Collaftanæ, cujus inventionis accuratam descriptionem vide apud laud. Vairanum cit. Cremon. Monumenta pag. 95. Atque hæc sane arguento pariter sunt Cardinalem nostram æque insignis illius sacræque Virginis, & Martyris fuisse devotissimum.

Præter allatam Inscriptionem paulo supra, videnda alia monumenta, quæ ad ipsum Card. pertinent, tum rerum gestarum descriptionem continent, quæ invenies sub Monum. LXII. Num. I., II., III.

LXXXV.

B R I V I V S J O A N N E S B A P T I S T A M e d i o l a n e n s i s e l e c t u s a n n o
M D C X . O b i ï t a n . M D C X X I .

N O T A E

Anno MDCX. hanc Sedem Cremonensem, dimittente Paulo Card. Sfondrato, eodem anno successit Jo. Baptista Brivius Mediolanensis, ut sub eodem Cardinali dictum est. Vghellius quidem signat annum MDCXVIII., sed ex actis, ut notat cl. Zacharias, consentientibus ceteris Auctoriis nostris, in errorem abreptus est Vghellius, ac retinendus annus MDCX. Addit ibidem sub eodem Brivio diem XIX. Julii. Verum cum adeo longe a veritate aberraverit in anno designando,

quis non videt de die quoque jure dubitandum esse. Cl. Bonafossa MS. sui Episc. pag. 38. = scribit: *Paulus Sfondratus die 19. Julii anno 1610. Cremonensem Episcopatum dimisit &c.* = Hæc sub Card. Sfondrato. Sub Brivio vero successore, eadem pag. immediate subdit = *Ad Sedem hanc assumpius est ex cessione Pauli Sfondrati Card. die 10. Julii anno 1610.* Quomodo quæso intelligi, atque admitti potest, quod Brivius electus fuerit in Episcopum Cremonensem ante Cardinalis dimissionem, quæ loco superius allato facta asseritur die 19. ejusdem mensis Julii? Itaque non immerito de die, quo Jo. Baptista Brivius ad hanc Sedem electus fuerit dubitandum, silentibus præsertim Actis a Zacharia citatis, ut supra vidimus.

De eodem vero die emotuali, quæ citat. laud. Zacharias Necrologia Ecclesiæ Cremonensis mihi equidem minime perspecta sunt, præter illud sæpe a me ipso citatum, quod proprie Cremon. Ecclesiæ appellari debet. Laud. Bonafossa scribit MS. sui cit. pag. 38. *de hoc Episcopo solam superesse sub ejus effigiem in Aula Episcopali positam inscriptionem quam etiam affert Zacharias pag. 161.* Sed haec tenus egimus, ut hujusmodi Inscriptiones Imaginibus Episcoporum adjectas suæ integratitudinē restituueremus, quin ullam de iis rationem haberemus. Cæterum inscriptio Joannis Brivii imagini apposita, non modo caret nota diei, tam quo ad ejus electionem, quam quo ad ipsius obitum; sed signat etiam Brivium electum fuisse Episcopum anno MDCXI., quod ex probatis falsum evincitur. Satius itaque censui annos tam electionis, quam obitus Jo. Baptistæ Brivii, qui certo innotescunt suo superius loco adnotare, omissa utriusque diei nota, quam inanæ hic quæ-

stiones instituere. Ex Inscriptione, quam refert Vairanus volumine suo Inscriptionum pag. CCCXVIII. Num. 2249. sequitur Jo. Baptistam Brivium Episcopum anno MDCXIV., die XI. mensis Novembris aperuisse Arcam, in qua repositum erat Corpus S. Homoboni, illudque recognovisse. Vide Monum. LXIII. Apud Merulam *Santuarii di Cremona*, pag. 282. hæc de eodem Episcopo Brivio adnotata lego = *Anno Domini MDCXIV.*, die Septima Junii *Corpus Sancti Himerii Episcopi*, & Confessoris ac Civitatis Patroni solemni apparatu in hac Arcula conditum est per Illustrissimum, & Reverendissimum D. Joannem Baptis tam Brivium *Cremonæ Episcopum*. = Vide Monum. LXIV. Atque hæc innuere censui, quod a nostris Episcoporum Cronographis nullam mentionem factam invenerim.

LXXXV I.

CAMPORA Petrus Cardinalis electus die XVII. Martii, anno MDCXXI. Obiit prid. non. Febr. anni MDCXLIII.

NOTÆ

Petrus CAMPORA primo extitit a Secretis Cæsaris Speciani, de quo paulo ante dictum est, tam in Legatione ad Philippum II. Hispaniarum Regem, quam in altera ad Rodolphum Imperatorem, a quo honorum insigniis decoratus fuit. Deinde ejus meritis, atque virtutibus Romæ perspectis, constitutus S. Spiritus in Saxia Commendatarius, cui dignitati adnexa est cura Hospitalis omnium amplissimi, quæ Romæ sunt. Quo munere egregio functus a Paulo V. anno MDCXVI. in sacrum Purpuratorum Senatum cooptatus fuit. Anno subinde MDCXXI., die XVII. Martii a Gregorio XV. Summo Pontifice Cremonensis Ecclesiæ Antistes declaratur.

In administratione itaque hujus Gregis constitutus, a quo per annos XXII. numquam absens fuit, tanta pietatis, & paternæ vigilantiae laude commendari meruit, ut apud nos ejus memoria haud interitura videatur. Nonagenario major decessit pridie nonas Februarii, anno MDCXLIII., atque in Cathedrali Ecclesia post justa funeris officia eidem persoluta proxime appositum fuit ad sepulcrum Cæsaris Speciani, ut quemadmodum in vita animo adeo conjuncti fuerant, ita & in morte tumulo minime sejungerentur. Vide Monum. LXIL N. I. & II.

LXXXVII.

VICECOMES Franciscus Mediolanensis electus ab Urbano VIII. die XIII. Aprilis anno MDCXLIII. Se abdicavit an. MDCLXX.

NOTÆ

VICECOMES Franciscus avita nobilitate, suisque etiam meritis commendandus Episcopus antea Alexandrinus ad hanc Sedem post Card. Camporam translatus fuit ab Urbano VIII., die X. Aprilis anno MDCXLIII. In hac autem summa cum integritate regenda Ecclesia transactis plus minus XXVII. annis senio confectus Episcopatum dimisit, ac Mediolanum reversus adhuc vitam diu protraxit. Tandem in extrema senectute diem suum obiit IV. non. Octobris an. MDCLXXXI., & majorum suorum sepulcro appositus fuit.

LXXXVIII.

ISIMBARDVS Petrus Ord. Carmelit. elect. An. MDCLXX., vita functus die XXVII. Septemb. an. MDCLXXV.

NOTÆ

ISIMBARDVS Petrus Ticinensis ex Ord. Carmelit. Romæ, dum in Gymnasio Sapientiae in Theologicis tradendis disciplinis

cum laude totus incumberet, dimitenti hanc Sedem Francisco Vicecomiti, eodem anno MDCLXX. suffectus est a Clemente X. Quinquennium non excessit ejus Episcopatus. Nam inchoata vix Dioceseos perlustratione morte interceptus obiit die XXVII. Septembris anni MDCLXXV., & in Cathedrali honorificam meruit sepulturam. Vide Elog., & Monum. LXVI.

LXXXIX.

ISIMBARDVS Augustinus Ord. S. Benedicti Cassinen. electus anno MDCLXXV. Vita functus an. MDCLXXXI.

NOTÆ

Petro fratre defuncto ab eodem Clemente X. huic Ecclesiæ substitutur Augustinus Isimbardus Abbas Cassinensis, eodem anno MDCLXXV. Sed & iste postquam Dioceseos Visitandæ, quam Frater intermisserat, finem fecisset, habita Synodo Diocesana, editisque salutaribus decretis, e vivis excessit die II. Junii an. MDCLXXXI., & in Cathedral. sepultus fuit. Vide Monum. LXVII.

XC.

SEPTALA Ludovicus Mediolanensis electus anno MDCLXXXI., vita functus prid. kal. Junii MDCXCVII.

NOTÆ

SEPTALA Ludovicus Mediolanen. primo illius Metropolit. Ecclesiæ Canonicus, deinde ejusdem Archipresbyter adlectus, cum per obitum Card. Alphonsi Littæ ea Archiep. Sedes vacua facta esset, ex Collegii sui consensu Vicarius Capitularis nominatur. Quo in munere sibi promeruit, ut ab Innocentio XI. sanctæ memorie Pontifice ad Ecclesiam hanc Cremonensem deligeretur anno MDCXXCI. Synodum Dioc-

cesanam a se habitam saluberrimis decretis munitam in lucem edidit. Insignis Collegiatæ S. Homoboni præcipui Vrbis nostræ Patroni erectionem maxime promovit. Denique de hac Vrbe, & Episcopatu optime meritus Mediolani decessit die XXXI. Martii anno MDCXCVII., & in Basilica S. Nazarii sepultus fuit.

xc.i.

CRVCIVS Alexander Patric. Mediolan. electus anno MDCXCVII., vita funetus anno MDCCIV. IX. kal. Octobris.

NOTÆ

Alexander Crucius, sive Croce Patricius Mediolanen. Ex Atchipresbyteratu Metropolitanæ Ecclesie ab Innocentio XII. huic Vrbi datus Episcopus ad exitum properante anno MDCXCVII. Dum in sua Diœcesi ea, qua par est diligentia lustranda curam omnem, studiumque poneret optimus iste Præsul nondum proœcta ætate annorum LII. morte eruptus occubuit nono kal. Octobr. anni MDCCIV., & in Sacello SS. Sacramenti Cathedralis Ecclesie, addita Inscriptione tumulatus fuit. Vide Elogium N. LXVIII.

xc.ii.

GVASCVS Carolus Oœstavianus Alexandrin. ad hanc Sedem translat. anno MDCCIV., vita funetus an. MDCCXVII.

NOTÆ

GVASCVS Carolus Oœstavianus ex Patrio Episcopatu ad hanc Cathedram translatus fuit a Clemente XI., die XVII. Novembbris anno MDCCIV. Tertio decimo sui Episcopatus anno die XI. kal. Decembbris an. MDCCXVII. immortalitatem induit. De sua Ecclesia, suoque Grege benemerentissimus extitit Antistes iste. Nam pro cultu divino augendo, ac

virtutibus promovendis amplissimum suum patrimonium testamento legavit. Vide Elogium, & Monum. LXIX.

XCIII.

LITTA Alexander Mediolanensis electus VI. idus Januarii an. MDCCXVIII. Se abdicavit anno MDCCXLIX. Abiit ad Superos anno MDCCLIV.

NOTAE

Alexander Litta Patric. Mediolanensis honorifico primum Cosmetæ officio in Aula Lotharingie functus, Clericali deinde militiæ adscribi voluit. In ea tam egregie, & laudabiliter se gessit, ut anno MDCCXVIII., VI. Idus Januarii a Clemente XI. P. M. Episcopus Cremonensis declaratus fuerit. In suo Episcopatu, qui fuit diuturnus, cum esset natura mitissimus, pietate, & miseratione in pauperes maxime enituit. Quod ejus honori, & zelo Domus Dei præcipue vertendum est, fuit Dioecesana Synodus habita anno MDCCXXVII., cuius saluberrimæ Sanctiones, & decreta mox typis edita venerandæ memorie Benedicti XIII. Summi Ecclesiæ Jerarchæ approbationem meruerunt, ut ex ejus literis ad ipsum datis palam factum est. Vergente in senium ejus ætate, & adversa valetudine laborans Episcopatu se abdicavit in favorem Ignatii Mariæ Fraganesci die X. kal. Octobris anno MDCCXLIX. Ipse vero Neupactensi Archiepiscopatu ornatus fuit. Quintuennio post pretiosa in conspectu Domini morte occubuit IV. die Martii anni MDCCLIV., & in Sacello B. Virginis de Populo nuncupata honorifice sepultus fuit. Vide Elog., & Num. LXX.

XCIV.

FRAGANESCHI Ignatius Maria abdicante Alexandro Litta electus anno MDCCXLIX. Obiit anno MDCCXC.

NOTAE

DE FRAGANESCHIS Ignatius Maria Patric. Cremonens. primo
Canonicus ex numero Cantorum Ecclesiae Cathedralis, deinde
ad Archidiaconatus dignitatem electus, in eo munere exec-
quendo tam perspicua præbuit pietatis, cæterarumque vir-
tutum argumenta, ut Ven. Antistes Alexander Litta ob se-
nescentis ætatis incommoda de abdicando Episcopatu delibe-
rans, non alium sibi in Successorem diligendum optaverit.
Itaque benigne annuente, ut supra innuimus, Benedicto XIV.,
Ignatius Maria Fragneschi Romam se conferens die XXII.
Septembris anni MDCCXLIX. ab eodem Summo Pontifice
Episcopus Cremonensis eligitur, & septimo post die sacris
Ecclesiae ritibus consecratur.

Elapsi fuerant anni centum, & triginta, ex quo nullus sive
Civis, sive Patricius Cremonensis Sedem Patriæ Episcopalem
obtinuerat; ideoque hujusmodi elecțio, hac etiam de causa
omnibus ordinibus gratissima accidit. Ipse vero Episcopus
postquam per annos XL. in sua Ecclesia administranda
singulis sui muneric partibus integre, fideliterque satisfecisset,
de Patria, suoque Grege optime meritus decessit XVII.
kal. Sept. an. MDCCXC., atque in Sacello B. M. V. de
Populo Templi majoris, cum ejus simulacro, & elogio
sepultus fuit. Vide Elog. N. LXXI.

XCV.

OFFREDI Homobonus Romæ in hujus Ecclesiae Cremonensis
Episcopum, præmisso ejus præconio die XXVI. mensis Septem-
bris anni MDCCXCI., consecratus fuit die secunda Octobris
eiusdem anni, ut publica referunt monumenta.

NOTAE

Optimus Antistes noster Offredi in Catalogo Episcoporum Cremonensium ejus nominis secundus, ut in hac ipsa serie constat ex actis anni MCLXVIII. Offredi de Offredis, Cremonæ ex tam vetusta, æque ac illustri Familia natus est die VIII. Junii anno ære vulgaris MDCCCL., Patre Comite Jo. Paulo Offredi, Matre vero Comitissa Virginia Bajardi lectissima Femina. Sacris Ordinibus initiatus, simul ad Archipresbyteralem hujus Ecclesiæ Cathedralis dignitatem fuit electus, cui cum anno MDCCXXCVIII. annexa fuisse cura animarum, utrumque munus sancte, fideliterque administravit, donec ad hanc Cathedram Episcopalem gradum ficeret. De ipsis Episcopatu, quem singulari vigilantia, pari cum prudenter moderatur, quoniam initio hujus opuscoli mentio facta fuit, plura addere hoc loco omittam, ne ejus modestiæ officiam. Erunt postea alii, qui uberem laudandi materiem habebunt post annos, ejus vitæ perquam diuturnos, quos singuli sui gregis mecum eidem ex animo exoptant, & augurantur.

Hodie faustissima illuxit dies Annuntiationis B. Mariæ Virginis, qua Pius VII. P. M. Suæ Sedi Romanæ restitutus per Placentiam transiit die XXV. mensis Martii anni MDCCCXIV.

*EPISCOPORVM CREMONENSIVM
INDEX ALPHABETICVS*

A

<i>ACCOLTVS BENEDICTVS</i>	Pag.	153
<i>ACCOLTVS PETRVS</i>	"	153
<i>ANSELMVS</i>	"	10
<i>ARNVLPHVS</i>	"	74
<i>ATHO</i>	"	18
<i>AVDERIVS</i>	"	3

B

<i>BABYLAS</i>	"	1
<i>BENEDICTVS</i>	"	23
<i>BERNARDVS</i>	"	12
<i>BERNERIVS DE SVMMA</i>	"	108
<i>DE BONSERIIS AEGIDIOLVS</i>	"	127
<i>BONVS JO. DE GEROLDIS</i>	"	106
<i>BRIVIVS JO. BAPTISTA</i>	"	167
<i>BVTICHIELLA JO. STEPHANVS</i>	"	148

C

<i>CACCIACOMES DE SVMMO</i>	"	110
<i>CAESIVS FEDERICVS</i>	"	161
<i>CAMPORA PETRVS</i>	"	169
<i>CAPELLVS PETRVS</i>	"	138
<i>CAPRA BARTHOLOMAEVS</i>	"	142
<i>CASSIANVS</i>	"	2
<i>CHRYSOCONVS</i>	"	9
<i>CONRADVS</i>	"	4
<i>CRASSVS PETRVS</i>	"	141
<i>CREATVS</i>	"	9
<i>CRVCIVS</i>	"	172

D

<i>DARIMBERTVS</i>	Pag.	45
<i>DESIDERIVS</i>	"	10
<i>DESIDERIVS II.</i>	"	12

E

<i>S. EMANVEL</i>	"	94
<i>EVSEBIVS</i>	"	11
<i>EVSTASIVS</i>	"	9

F

<i>FELIX</i>	"	1
<i>FELIX II.</i>	"	9
<i>FLORIANVS</i>	"	2
<i>DE FRAGANESCHIS IGNATIVS MARIA</i>	"	173
<i>FRANCIOTTVS CALEOTTVS</i>	"	152
<i>DE FVNDVLIS CONSTANTIVS</i>	"	144

G

<i>GORGONIVS</i>	"	1
<i>GVASCVS CAROL. OCTAVIANVS</i>	"	172

I

<i>JOANNES</i>	"	5
<i>JOANNES II.</i>	"	41
<i>ISIMBARDVS PETRVS</i>	"	170
<i>ISIMBARDVS AVGYSTINVS</i>	"	171

L

<i>LANDO</i>	"	25
<i>LANDVLPHVS</i>	"	33
<i>LANDVLPHVS II.</i>	"	59

INDEX ALPHABETICVS 179

<i>DE LANTIS FRANCISCVS</i>	.	Pag.	140
<i>LITTA ALEXANDER</i>	.	"	173
<i>LIVTPRANDVS vel LVITPRANDVS</i>	.	"	49

M.

<i>MADALBERTVS HOMOBONVS</i>	.	"	103
<i>DE MADALBERTIS AEGIDIUS.</i>	.	"	135
<i>MARINV</i>	.	"	1
<i>MATERNVS</i>	.	"	1

O.

<i>OBERTVS</i>	.	"	79
<i>OFFREDVS</i>	.	"	95
<i>OFFREDVS OMOBONVS II.</i>	.	"	174
<i>OLDERICVS</i>	.	"	58.

P.

<i>PANCHOARDVS</i>	.	"	31
<i>PONZONVS PONTIVS</i>	.	"	111
<i>DE PORRIS MARCVS.</i>	.	"	139
<i>PRESBITER DE MEDOLAO</i>	.	"	93.

R.

<i>RAYNERIVS DE CASVLIS</i>	.	"	121
<i>DE RVBEIS BERNARDVS</i>	.	"	147

S.

<i>SABINV</i>	.	"	1
<i>SEPTALA LVDOVICVS</i>	.	"	171
<i>SFONDRATVS FRANCISCVS</i>	.	"	159
<i>SFONDRATVS NICOLAVS SVM. PONTIFEX.</i>	.	"	162
<i>SFONDRATVS PAVLVS</i>	.	"	164
<i>SFORSTIA ASCANIUS MARIA</i>	.	"	150

180 — INDEX ALPHABETICVS

SICARDVS CASALENVS	Pag.	98
SIMPLICIANVS	"	1
SINPERTVS	"	18
SIXTVS	"	2
SPECIANVS CAESAR	"	163
STEPHANVS	"	2
STEPHANVS II.	"	15
S. SYLVINVS	"	13
SYRINVVS	"	3
S. SYSINIVS	"	4

T

THOMAS MEDIOLANENSIS	"	140
DE TORTIS GEORGIVS	"	139
TRIVISANVS HIERONYMVS	"	152
A TVRRE JACOBVS	"	149

V

VBALDV	"	65
VENTVRINVS DE MARNIS	"	145
VCO DE NOCETO	"	79
VGOLINV DE ARDENGERII	"	137
VGOLINV DE S. MARCO	"	137
VICECOMES FRANCISCVS	"	170
VINCENTIVS	"	4
VSBERTVS	"	76
WALTERVS	"	78
WLPHAREDV	"	18

X

XYSTVS	"	10
------------------	---	----

Z

ZENO	"	13
----------------	---	----

EPISCOPORVM CREMONENSIVM
TABVLA CHRONOLOGICA

N. ^o	EPISCOPORVM NOMEN	ELECTIONIS ANNVS	ABDICATIO- NIS ANNVS	TRANSLA- TIONIS ANNVS	MORTIS ANNVS
1	SABINVS	55.	—	—	—
2	FELIX	86.	—	—	—
3	GORGONIVS	—	—	—	—
4	MARINVS	—	—	—	—
5	SIMPLICIANVS	—	—	—	—
6	BABYLAS	—	—	—	—
7	MATERNVS	—	—	—	—
8	CASSIANVS	—	—	—	—
9	SIXTVS	—	—	—	—
10	FLORIANVS	—	—	—	—
11	STEPHANVS	320.	—	—	342.
12	SYRINVS	342.	—	—	380.
13	AVDERIVS	380.	—	—	391.
14	CONRADVS	391.	—	—	407.
15	VINCENTIVS	407.	—	—	422.
16	S. SYSINVVS	422.	—	—	452.
17	JOANNES	452.	—	—	491.
18	EVSTASIVS	491.	—	—	513.
19	CHRYSOGONVS	513.	—	—	537.
20	FELIX II.	537.	—	—	562.
21	CREATVS	563.	—	—	593. vel seq.
22	XYSTVS	594.	—	—	609.
23	DESIDERIVS	609.	—	—	610.
24	ANSELMVS	610.	—	—	637.
25	EVSEBIVS	637.	—	—	670.
26	BERNARDVS	670.	—	—	679.
27	DESIDERIVS II.	679.	—	—	703.
28	ZENO	703.	—	—	733.
29	S. SYLVINVS	733.	—	—	776.
30	STEPHANVS II.	776.	—	—	816.
31	WVLPHAREDV	816.	—	—	818.
32	ATHO	818.	—	—	827.
33	SINPERTVS	827.	—	—	841.

<i>N.^o</i>	<i>EPISCOPORVM NOMEN</i>	<i>ELECTIONIS ANNVS</i>	<i>ABDICATIO- NIS ANNVS</i>	<i>TRANSLA- TIONIS ANNVS</i>	<i>MORTIS ANNVS</i>
34	PANCHOARDVS	841.	--	--	851.
35	BENEDICTVS	851.	--	--	881.
36	LANDO	881.	--	--	910.
		vel seq.			
37	LANDVLPHVS	910.	--	--	916.
38	JOANNES II.	916.	--	--	955.
39	DARIMBERTVS	925.	--	--	961.
40	LIVTPRANDVS	963.	--	--	973.
41	OLDERICVS	973.	--	--	1004.
42	LANDVLPHVS	1004.	--	--	1030.
43	VBALDV	1031.	--	--	1073.
44	ARNVLPHVS	1074.	--	--	1086.
45	VSBERTVS	1087.	--	--	1096.
46	WALTERVS	1096.	--	--	1117.
47	VGO	1117.	--	--	1118.
48	OBERTVS	1118.	--	--	1162.
49	PRESBITER DE MEDOLAO	1162.	1167.	--	--
50	S. EMANVEL	1167.	--	--	1168.
51	OFFREDVS DE OF- FREDIS				
52	SICARDVS	1168.	--	--	1185.
53	MADALBERTVS HOMOBONVS	1185.	--	--	1215.
54	BONVS JOANNES DE GEROLDIS	1215.			1248.
55	BERNERIVS DE SVMMA	1248.			
56	CACCIACOMES DE SVMMO	1261.			1288.
57	PONZONVS PON- TIVS	1288.			1290.
58	RAYNERIVS DE CA- SVLIS	1296.			1312.
59	DE BONSERIIS AEGIDIOLVS	1312.	1317.	--	--
60	DE MADALBERTIS AEGIDIVS	1312.	--	--	1327.

N. ^o	EPISCOPORVM NOMEN	ELECTIONIS ANNVS	ABDICATIO- NIS ANNVS	TRANSLA- TIONIS ANNVS	MORTIS ANNVS
61	VGOLINVS DE S. MARCO	1327.	1350.	--	--
62	VGOLINVS DE ARDENGERIIS	1350.	--	--	1362.
63	CAPELLVS PETRVS	1362.	--	--	1383.
64	DE PORRIS MARCVS	1383.	--	1386.	--
65	DE TORTIS GEOR- GIVS	1386.	--	--	1389.
66	THOMAS MEDIOLA- NENSIS	1390.	--	1390.	--
67	LANTES FRANCI- SCVS	1390.	--	--	1405.
68	CRASSVS PETRVS	1401.	--	1403.	--
69	CAPRA BARTHOL- LAMAEVS	1405.	--	1414.	--
70	FONDVLVS CON- STANTIVS	1412.	1422.	--	--
71	VENTVRINVS DE MARNIS	1423.	--	--	1457.
72	DE RVEBEIS BER- NARDVS	1458.	--	1466.	--
73	BVTICIELLA JO. STEPHANVS	1467.	--	--	1472.
74	A TURRE JACOBVS ANTONIVS	1473.	--	--	1486.
75	SFORTIA ASCANIUS	1486.	--	--	1505.
76	FRANCIOTTVS GA- LEOTTVS	1505.	--	--	1507.
77	TRIVISANVS HIE- RONYMVS	1507.	--	--	1523.
78	ACCOLTVS PETRVS	1524.	--	1529.	--
79	ACCOLTVS BENE- DICTVS	1529.	--	--	1549.
80	SFONDRATVS FRANCISCVS	1549.	--	--	1550.
81	CAESIVS FEDERI- CVS	1551.	--	--	1560.
82	SFONDRATVS NI- COLAVS EP.	1560.	--	1590 Sum- mus Pont.	1591.

<i>N.^o</i>	<i>EPISCOPORVM NOMEN</i>	<i>ELECTIONIS ANNVS</i>	<i>ABDICATIO- NIS ANNVS</i>	<i>TRANSLA- TIONIS ANNVS</i>	<i>MORTIS ANNVS</i>
83	SPECIANVS CAE-SAR	1591.	--	--	1607.
84	SFONDRAVTIS PAV-LVS	1607.	--	1610.	1618.
85	BRIVIVS JOANNES BAPTISTA	1610.	--	--	1621.
86	CAMPORA PETRVS	1621.	--	--	1643.
87	VICECOMES FRANCICVS	1643.	1670.	--	--
88	ISIMBARDVS PETERVS	1670.	--	--	1675.
89	ISIMBARDVS AVGVSTINV	1675.	--	--	1681.
90	SEPTALA LVDOVICVS	1681.	--	--	1697.
91	CRVCIVS ALEXANDER	1697.	--	--	1704.
92	GVASCIVS CAROLVS OCTAVIANVS	1704.	--	--	1717.
93	LITTA ALEXANDER	1718.	1749.	--	1754.
94	FRAGANESCIVS IGNATIVS MARIA	1749.	--	--	1790.
95	OFFREDVS HOMOBONVS	1791.			

INDEX

RERVM PRAECIPVARVM

QVAE IN SERIE EPISCOPORVM CREMONENSIVM

CONTINENTVR

Primi decem, qui hanc Ecclesiam administrarunt tamquam Subsidiarii Presbyteri habendi, cum cura tamen animarum. Pag. 1., et seq.
Accoltus Petrus anno MDXXIV. ad Cremonensem Cathedram translatus eam tenuit usque ad annum MDXXVIII., vel seq., quo eam transferendam curavit in administrationem Benedicti Accolti nepotis. Obiit Romæ anno MDXXXII., et in Ecclesia S. Eusebii sepultus fuit. Pag. 153.

Accoltus Benedictus electus anno MDXXIII. translatus Ravennam anno MDXXIV. reversus anno MDXXIX. obiit MDLXIX. Pag. 153.

De hac translatione Benedicti Accolti non recte scripsierunt Vghelius, et Bonafossa. Pag. 154. et seq.

Actus electionis de *Bonseriis Aegidioli*, et de *Madalbertis* per extensum assertur, in quo tamen in fine plura desiderantur. -- Discordes fuerunt Electores. Pag. 127., et seq. -- Facta fuit a die Incarnationis, non autem more Romano a kal. Januarii, sed a die 25. Martii mensis. Pag. 129. -- Vtraque pars discordis ad electionem venit. Pag. 130. -- Ex Tabulis nostris expansis probatur eam electionem recte institutam. Pag. 131., et seq., et a die Incarnationis procedere, ut dictum est, nec non ab anno Vrbis Condita Capitolino, non vero ab anno æra vulgaris. Quod tamen in idem recidit. Pag. 132.

Adeodatus a Josepho Bresciano descriptus a Serie Episcoporum Cremonensium expungendus. Pag. 8.

Anonymi computatio de anno translationis factæ a Landone Episcopo sacri Corporis Archelai ab Urbe Roma Cremonam haud recte procedit, ideoque ex autographis monumentis emendatur. Pag. 26., et seq.

De Ardengheriis Vgolinus electus anno MCCCL. abdicante fratre substitutior a Clemente VI. Pag. 138.

- Arnulphus Episcopus Cremon. hanc Sedem obtinebat anno jam MLXXXIV.*
Pag. 74 Idem Episcopus a Gregorio VII. Summo Pontif. excommunicatur tamquam simoniacus. Pag. ead. 74 et seq. — Ejus mors statuenda circa annum MLXXXVI., non autem, ut Vghellius putavit, anno MXCVI. Pag. 76.
- Atho electus Episc. Cremon. circa annum DCCCXVIII. ampliss. privilegiis hanc Ecclesiam decoravit. Lapsus est Rubeus in ejus anno emortuali designando. Pag. 18., et seq. sub Sinpero.*
- Benedictus Episcopus, non equidem Episcopatum consecutus fuit eo anno, quem Bonafossa statuit, nempe anno DCCCL., sed sequenti. Pag. 23., et seq. — Idem cum pluribus aliis Episcopis transtulit Mediolanum corpus Ludovici II. Imperat. non ita pridem vita functi. Pag. 24.—Aduic in vivis erat anno DCCCLXXXI. ex Monum. Carlomanni. Pag. 25.*
- Bernardus Episcopus Cremon. elect. circa ann. DCLXX., cujus initium nimum protrahit Rubeus. Pag. 12., item sub Desiderio Episcopo. Pag. eadem.*
- Sub Bernardo De Rubeis Ecclesia S. Sigismundi extra muros veteri destructa, nova magnificentius a Domna Blanca Maria Francisci Sforzæ Ducis Mediolanensis recens in uxorem accepta ædificata fuit. Pag. 147. et seq.*
- Bernerii Episcopi obitus quando evenerit incertum, statuendus tamen circa annum MCCLX., in quo designando Vghellius unius decennii errorem admisit, tantumdem eum Cacciacomiti successori postposens. Pag. 109.*
- Bernerius in locum Joannis Boni Episcopatum, approbante etiam Summo Pontifice, infasto omni suscepit. Nam eo vix inito ab Vberto Pallavicino Cremonæ Domino cum tota familia fortunis spoliatus, et censu etiam episcopali privatus intra annum in exilium ejactus fuit. Pag. 108. — Eo etiam inopia devenit, ut bona episcopatus obbligare debuerit pro centum marchis. Ibidem. Bonafossa de ordine, quo semper in Conciliis se subscriberent Episcopi ea protulit, quæ non admittenda. Pag. 5. Idque exemplis ex Synodo Mediolanensi, de qua sermo est apud ipsum Bonafossam, depromptis comprobatur. Pag. 5. et seq.*
- Idem Joseph Maria Canonic. Ecclesiae Cathedralis Prior, et Provicar. Generalis de Serie Episcop. Cremonen. et de Monumentis ad eam comprobandam collectis optime meritus. Falso putavit Joannem*

nostrum Episcop. Cremonensem electum fuisse anno CCCCXXX.

Pag. 5. — Idem non recte sensit de ordine, quo laud. Joannes Episcopus se subscriberit in Synodo Mediolanensi habita ab Eusebio Archiepiscopo, ubi inquiritur de ordine, quo se subscriberent Episcopi in Conciliis. Pag. 6., et seq.

Ejusdem Bonafosse opinio de duplici Athone Episcopo admittendo falsa ostenditur. Pag. 19., et seq.

Ejusdem opinio de duplici Landone Cremonensi Episcopo admittendo, et de inserendo inter utrumque Leotmannum quodam Episcopo expenditur, atque refellitur. Pag. 31., et seq.

Idem Bonafossa ad Offredum usque centum Ecclesiae Cremon. recentes Episcopos, additis insuper primis Presbyteris subsidiariis X. Pag. 41.

Quid de Bonizone statuendum inquiritur. Pag. 111., et seq.

De eodem Bonizone, quid a nostris statuatur, quem inter Episcopos Cremonenses recensendum censent, quidque de ejus Cardinalatu admittere oportet. Fuse inquiritur, ac definitur. Pag. 114., et seq. ad pag. usque ad 120.

De Bonserius *Ægidiolus* Episcopus noster fuit unus ex Judicibus, pro celebri causa Templariorum. definitienda. Pag. 13a.

Bonus Joannes de Geroldis Cremonensis Cathedralis nostra Archidiaconus, dissentiente, ut in praecedenti Capitulo electus, nondum anno elapo, ab Innocentio IV. Summo Pontifice ejus electione reprobata, in ipsius locum legitime ab alia parte electus Bernerius de Summa, Sedem Cremonensem obtinet. Pag. 106. — Administrationem tamen Ecclesiae temporalem Joannem tenuisse, ex pluribus monumentis constat, ab Vberto Pallavicino tyraanide Vrbis nostra occupata. Pag. 106. et seq.

Ejus annus emortualis non recte a ceteris constitutus definitur. Pag. 107.

Bonus Joannes Episcopus, quamvis *Pseudo-Eposynus*, ejecto Bernerio ab Vberto Pallavicino, temporalem Ecclesiae Cremonensis administrationem retinuit maximisque beneficiis. eam affectit. Pag. 108., et seq.

Brescianus Joseph lapidem assert positum in fundamentis Templi S. Lucie, qui falsitatis vicio laborat. Pag. 10. Alium item *Mauritius Piperarii* Episcopi, qui pariter repudiandus: præsertim ob Familiæ cognomen additum, quod septimo saeculo in usu non

- habebatur, sed usurpari tantum cœpit ab undecimo seculo, pag. 10.
 Falsa quoque habenda inscriptio, in qua referente eodem Bresciano, legebatur *Templum S. Antonini adificatum fuisse ab Eusebio Episcopo anno DCLX.* Idque maxime ostenditur ex nota anni emortualis, qua signatur mors Rodoaldi Regis in critica Pagii. Pag. 11.
- Brescianus Lapis de inscriptione posita in fundamento Turris majoris sub S. Sylvino ex notis adjectis manifeste falsus evincitur. Pag. 13., et seq.
- Brescianus Lapis de Templo eretto in honorem Divi Jacobi, et de Petra posita in fundamentis ejus Ecclesie per Stephanum II. Episcopum Cremon. in presencia Caroli M. anno Domini DCCCL, præter alia argumenta apocryphus convincitur ex Annalibus Bertinianis. Pag. 15., et seq.
- Idem Brescianus Lapis de Siniperto de Adobatis repudiandus. Pag. 21.
- Brescianus pariter Lapis de prima petra posita in fundamento Templi Divæ Elenæ a Benedicto de Alphenis Episcopo Cremonensi anno DCCCLX. ex ipsa anni nota, et cognomine Alpheni repudiandus. Pag. 25.
- Brescianus quoque Lapis de Ecclesia S. Victoris adificata expensis Landulphi Episcopi pro reconciliacione facta cum hac Civitate anno Domini MXXIV. expenditur, ac repudiandus ostenditur. Pag. 63., et seq.
- Brescianus item Lapis cuiusdam Castilionei respendens. Pag. 141. et seq.
- Brivius Joannes Baptista* Paulo Cardinale Sfondrato dimittente successit anno MDCX. Pag. 167. — Non recte Vghellius ejus electio-
 nis annum signat MDCXVIII. — ibidem extat Brivii inscriptio cum ejus effigie in Aula Episcopali posita, in qua tamen desiderantur notæ, tam ipsius electionis in Episcopum, quam illius obitus. Hinc merito de utroque termino dubitari potest. Pag. 168. In errore quoque versatur annus ejusdem emortualis in eadem inscriptione notatus. Ex quo sequitur nullam ejus monumenti rationem haberi posse. Pag. 168.
- Butichiella Jo. Stephanus* electus fuit Episcopus Cremonensis anno MCCCCLXVII. Pag. 148. Ab hoc Antistite nomen accepit aqueductus, quo irrigantur prædia episcopatus Jovisaltæ. Pag. 148.
- Sub Butichiella Episcopo anno MCCCCLXXI. Ecclesia S. Agathæ, ejusque Præpositura, suppressa Canonicis Regularibus commissa

fuit Antonio Archidiacono cum onere erigendi binos Canonici. Pag. 149.

Cacciacomes electus Episcopus Cremonensis anno MCCLXI. Ejus anni computatio facienda a die Incarnationis. Pag. 109. et sequenti sub Bernerio. -- Sub eodem Cacciacomite Beatus Facius Cremon. claruit sanctitate ob exercitam per annos quinquaginta in summa austeritate pénitentiam. Pag. 110. -- Obiit die Luna XVIII. intrante Januario, anno MCCLXX., ut in Necrologio nostro adnotatur. Pag. ead. -- Cacciacomitis obitus notatur in Necrologio sub anno MCCLXXXV. III. Indict. prima die Veneris, XVI. Julii. Pag. 110.

Casius Federicus a Summo Pontifice creatus Presbyter Cardinalis, qui fuit Paulus III., a Julio III. translatus ad hanc Sedem anno MDLI. Cum eam pluribus muneribus exornatam per annos novem tenuisset, in favorem Nicolai Sfondrati, qui extitit Summus Pontifex, renunciavit. Pag. 161., et seq.

Campora Petrus Cardinalis Episcopus electus anno MDCXXI. Primo extitit a secretis Cæsaris Speciani, deinde perspectis ejus egregiis dotibus inter Cardinales S. Romanae Ecclesiæ adlectus fuit a Paulo V. anno MDCXVI. Nonagenario Major decessit anno MDCXLIII. atque in Cathedrali Ecclesia sepultus fuit. Pag. 169. et seq. -- Non sine summa pietatis, et paterue vigilantiæ laude in suo Episcopatu commendari meruit. Vid. Monum. LXII. Pag. 170.

Campus Historiographus noster illustris haud recte statuit Landonis Episcopatus initia consocianda esse cum anno DCCCLXV. Pag. 28., et 41.

Capellus Petrus Venetus electus anno MCCCLXII. Pag. 138. -- Obiit anno MCCXXCIII. ex Necrologio nostro, quod vide. Plura munera legavit Sacrario Cathedralis Cremonæ. Ibidem.

De Capris Bartholomæus electus anno MCCCCV. Pag. 142., translatus fuit ad Archiepiscopatum Mediolanensem anno MCCCCXIV. Non recte id statuitur ex Morigia, Cl. Bonafossa. Pag. 144.

Carolus M. longe absens erat ab urbe Cremona, cum ex Bresciano Lapide asseritur eumdem fuisse præsentem, quando per manum Stephani II. Episcopi posita fuit prima petra in fundamentis Templi Divi Jacobi. Pag. 15., et seq.

Carolus V. colloquium cum Paulo III. Summo Pontifice habuit apud

Buxetum nobile Oppidum Cremonense anno MDXLIII. Pag. 157., et seq.

Cathedralis Ecclesia ædificari cepta est sub Waltero Episcopo ex munificentia, et pietate Civium nostrorum, quamque sub protectione suscepit Henricus IV. Imp., plurimisque fundis ditavit. Pag. 78., ubi datum diploma citatur anno MCXIV. apud Vghellum sub hoc Episcopo, et apud alios ex nostris. Pag. 78. Probat Walteri obitum adscribendum esse anno MCXVII., Idibus Martii. Pag. 79.

Consulatus sic a Bresciano descriptus = ET ITERVM P̄C PAVLINI IVN. = si admitteretur, tam Fastorum Consularium, quam bissextilium seriem turbaret, et inepte augeret. Pag. 37., et seq.

Crassus Petrus electus anno MCCCCI., translatus ad Papensem Cathedram Anno MCCCCIII., obiit anno MCCCCV. Pag. 141.

Cremonensis Vrbis excidium ab Vghellio narratum a vera historia procul abesse evincitur. Pag. 48., et seq.

Sicardus in Chronico in errorem abreptus est scribens Luizonem, et Liutprandum biuos fuisse Episcopos Cremonenses, cum onus, idemque fuerit Episcopus, alias in errorem pertrahens. Pag. 49., et seq. Vide etiam sub Sicardo. Pag. 49.

Crucius Alexander Patricius Mediolanensis ex Archipresbyteratu Mediolanensis Ecclesia Vrbi nostra datus Episcopus anno MDCXCVII., dum in sua Diocesi perlustranda curam omnem ponere morte erexitus occupuit anno MDCCIV., et in Sacello SS. Sacraementi Ecclesie Cathedralis tumulatus fuit, addita inscriptione, et elogio. Pag. 172.

Darimberti Episcopi Cremon. ex anuis Regni Hugonis recte infertur initium Episcopatus constituendum esse in ann. DCCCCXXV., ut in Joanne ejus Decessore notatum fuit. Pag. 45. Ejus obitus sanguinarius in anno DCCCCLXI. Pag. 46.

Darimbertus Episcopus Cremonensis non interfuit, nec interesse potuit excidio Vrbis Cremonae, quod Vghellius narrat sub eo evenisse. Pag. 48., et seq.

S. Emanuel Episcopum Cremonensem electum fuisse, sed longe a nostris finibus vitam brevi cum morte commutasse, ex Annalium Cisterciensium fide satis constare admittendum est. Pag. 94., et seq.

Eustasius Graecus Cremon. Episcopus electus fertur anno CCCCXCI. Interfuit Concilio Romano habitu sul Symmacho Papa anno D., vel sequenti. Pag. 9.

De Freganeschis Eliseus tamquam Episcopus Cremonensis nominatus in Lapide apud Zachariam, sub anno a partu Virginis MXCVI., ab eodem postea reprobatus in recentiori suo libro, a Serie Episcop. Cremon. expungendus. Pag. 77.

Fraganescus Ignatius Maria patricius Cremonensis ad Archidiaconatus dignitatem electus in eo munere ita egregie se gessit, eaque pietatis argumenta prabuit, ut venerabilis Antistes Alexander Litta de abdicando Episcopatu cogitans non alium sibi Successorem deligendum optaverit. Hinc anno MDCCXLIX. Romam se conferens, die XXII. Septembris ab eodem Summo Pontifice eligitur, et consecratur. Pag. 174. Anni centum, et triginta tum elapsi erant, ex quo nullus sive Civis, sive patricius Cremonensis hanc Sedem obtinuerat. Ibidem.

Franciottus Galeottus Roboreus Card. elect. anno MDV. obiit ann. MDVII., et in Ecclesia S. Petri sepultus fuit. Pag. 152.

Fundulus Constantius Episcopus electus anno MCCCCXII. ex Cabrini stirpe, se abdicavit anno MCCCCXXIII. Pag. 144. — Notatum dignum, quod sub eo Præsule Cremonam se contulere Joannes Pontifex XXII., qui dictus XXIII., cum XIII. Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalibus, aliasque principibus. Pag. 144.

Guaucus Carolus ad hanc Sedem translatus anno MDCCIV. a Clemente XI. post tertium decimum sui Episcopatus annum immortalitatem indit anno MDCCXVII. — Pro tuendo divino cultu, eoqure angendo amplissimum suum patrimonium testamento legavit. Vide elogium, et Monument. LXIX. Pag. 172. et seq.

Honorius Summ. Pontif. intellectis discordiis, qua in hac nostra Urbe ortæ fuerant, easdem sedandas curavit, atque intra trienium omni ex parte sublatas fuisse latautos est, quod accidit anno MCCXIX. Pag. 105. — *Eo tempore fuere Cremonæ Ss. Dominicus, et Franciscus, Episcopatum administrante Homobono de Madalbertis, cuius elogium exhibetur ex Necrologio nostræ Cathedralis Ecclesiae.* Pag. 105.

Inscriptio posita in Templo Divi Jacobi a Stephano II. Episcopo Cremon. in praesentia Caroli M. anno DCCCI. falsa plane, et apocrypha ostenditur, præsertim ex Annalibus Bertinianis. Pag. 15., et seq.

Joannes II. Episcopus Cremon. electus anno æra vulg. DCCCCXVI. a Berengario Imp. initio sui Episcopatus amplissimo privilegio

ornatus fuit. Pag. 41. — Exitit ejusdem Imperat. Secretarius; deinceps Cancellarii nomine appellatus. Pag. 42. et seq. — Ejus obitus merito protrahendus in annum DCCCCXXV. Pag. 44.

Isimardus Petrus ex ordine Carmelit. elect. anno MDCLXXX. dimittenti hanc Sedem Francisco Vicecomiti successit. Post Episcopatus quinquennium in perlustranda sua Ecclesia Diocesis cuius totus intentus esset, morte corruptus obiit anno MDCLXXV. Pag. 170., et seq.

Isimardus Augustinus Ord. S. Benedicti Petro Fratri succedens, atque in visitanda Ecclesia sua Diocesi, quam frater intermisserat, cum finem fecisset, habita etiam Syudo diocesana, decessit anno MDCXXCI. Pag. 171.

Lando Episcopus Cremonen. hanc Sedem obtinebat anno DCCCXXCI., vel sequenti. Pag. 25. Sub eodem Landone facta fuit translatio corporis S. Archelai Martyris ab Urbe Roma Cremonam. Pag. 25., et seq.

Landolphus inter Episcopos Cremonenses retinendus, nihil obstante silentio Sicardi in suo Chronic. Pag. 40.

Landolphus II. Oldericus successit in hoc Episcopatu anno MIV. Pag. 59. — Monumentum, quod assertur a Muratorio de Vbaldo, errore nomine caret, ac Landulpho restituendum. Pag. 60. — Varias subiit sortes, et criminaciones Landulphus iste Episcopus, sed ex Monumentis defenditur. Pag. 60., et seq.

Landulphi Episcopi præclara defensio habetur in Diplomate Conradi Inip., et accusantur Cremonenses, quod contra Patrem suum spirituali, ejusque Sanctam Ecclesiam conspirassent. Pag. 60., et seq. — Ejus obitus statuendus in anno MXXX. quod ex Diplomate Chonradi ostenditur. Pag. 62., et seq.

Lantes hanc Sedem obtinuit anno MCCCXC. vita functus anno MCCCCV. ex Necrologio nostro Cremonensi. Pag. 140. et seq.

Lapides duo a Cl. Zacharia ex impuris fontibus Bresciani allati, quorum primus mentionem haberet de Ecclesia extorta in honorem S. Aegidii, alter vero de Sacello ædificato ab Egidio de Guiscar-dis civi, et Episcopo Cremonensi sub Darimberto Episcopo ann. DCCCCXLIX., et DCCCCLVIII., apocryphi, ac nullo in pretio habendi facilis ratione demonstrantur. Pag. 47., et seq.

Leotmannum quedam nomine Episcopum, quem Cl. Bonafossa inserendum putat inter unum, et alterum Landonem, qui fuerint

utrique Cremonenses Episcopi nunquam hanc Sedem administrasse ostenditur, ac propterea a legitimo Episcoporum Catalogo eumdem excludendum esse evincitur. Pag. 31., et seq.

Litta Alexander Patricius Mediolanensis Clericali militiae adscriptus post Cosmetæ Officium laudabiliter gestum a Clemente XI. Episcopus Cremonensis declaratur. — Præcipno ejus honori adscribi debet, quod Diœcesanam Synodus habuerit anno MDCCXXVII., in qua saluberrimæ Sanctiones editae fuerunt, et a Benedicto XIII. veneranda memoria approbari meruerunt. Ob adversam valedudinem Episcopatu se abdicavit, et illum in favorem Ignatii Mairi Fraganesci abrenonciavit anno MDCCXLVIII. Pag. 173.

Liutprandus falso a quibusdam Historicis Hispanis Nationi sue adscribitur. Pag. 49., et seq. Fuit origine Italus, patria Ticinensis, quod fuse indubio Monumentis ostenditur. Pag. 50., et seq. — Constantinopolim inititur a Berengario Rege cum muneribus Imperatori Græco. Pag. 52. — Item missus ab Hugone Rege ad Romanum Imp. Græcum, a quo magno cum honore susceptus, maxime quod Rebelles Tessalonicanam veniens Regioni infestos sustulisset, et alios eorum Principes vivos Imperatori presentasset. Ibid. — Idem argumentum de ejus Patria confirmatur ex ejusdem versibus, in quibus Ticinum Patriam suam appellat. Pag. 53. — Denique ex textu anecdoto, ex quo alter erronens, emendandus clare ostenditur. Pag. 55. — Breve ipsius Elogium. Pag. eadem 55. — Emendandi Rubeus, et Cavitellus, qui in obitu Liutprandi statuendo longe a veritate abierunt. Pag. 57., et seq.

De Madalbertis Homobonus Episcopus Cremonensis eligitur anno MCCXV., quo obierat Sicardus, quod recte Rubeus in Dipytcha notavit. Pag. 103. — De tempore, quo idem Homobonus consecratus fuerit inquiritur, atque a communni opinione receundum ostenditur. Pag. 104.

De Madalbertis Egidii Episcopatus constituendus in ann. MCCCXVII., quo anno eumdem obtinuit, ex monumento anecdoto. Pag. 135. — Falsa quæ de ejus Cardinalatu narrantur. Ibidem ex Vghellio. Mantuana Synodus habita pro definienda controversia inter Patriarchas Gradensem, et Aquilejensem spectat ad annum DCCCXXVII. Pag. 19.

Monumenta, quæ probant electionem Raynerii de Casulis. Pag. 121.

In secundo, quod fugit diligentiam egregii Bonafosse mentionis de turpissima secta Dulcini, et Margaritæ, qui cum ejurare noluerint, meritas poenas dederunt. Pag. 121., et seq. — In altero pariter monumento anecdoto emendatur error, qui irrepedit in litera initiali B pro R, quæ substituenda probatur, et explicanda de Raynero Episcopo Cremonensi. Pag. 123. — Emendatur error, qui se prodit in Monumento Synodi provincialis Mediolanensis habitæ sub Gastono, in quo legitur nomen *Ven. P. D. Federici Dei gratia Episcopi Buxeti*, cum ejus loco substituendum sit Brixiae. Pag. 124. — Monumentum denique sub Raynero iuvenies, in Successore Egidio de Bonseriis anno MCCCCXII., de quo deinceps. Emendantur errores admissi a nostris Chronographis Rubeo, Vghellio, Zacharia præsertim, et Bresciano de hujusmodi electionibus. Pag. 126.

Musus Gudbertus, quem Zacharias, et Bonafossa inter legitimos Episcopos Ecclesie Cremonæ recensent, ab ejus Catalogo expungendus. Pag. 34., et seq. Item pag. 41.

Nobilium Cremonensium Viscardi, Confalonierii, et Zaneboni contentio de equo, quo in Vrbem vectus fuerat Episcopus Venturinus de Marnis, recens electus in suo primo Episcopatus ingressu. Pag. 146., et seq.

Notæ chronologice, quibus signata fuit Bulla Canonizationis S. Homboni explicantur, atque exemplis confirmantur. Pag. 100., et seq. *Obertus Cremon.* Episcopus hujus Sedis administrationem gessit, partim anno MCXVII., partim sequenti. Pag. 80.

Oberti Episcopi monumenta nulla sunt, quæ referant notas anno MCLXII. majores. Pag. 89.

Oberti postremum monumentum pertinet ad annum MCLXII. Vide pag. 90. — Ejusdem *Oberti*, et Presbyteri monumenta, quæ singularia spectant ad annum MCLXII., quæque ob notas, quas si- guant inter se pugnare videntur, explicantur, nullamque repugnantiam continere probantur. Pag. 91., et seq. — In *Oberti* morte designanda Blasium Rubeum, Vghellum, et Zachariam a veritate longe aberasse evincitur. — Binos lapides refert Zacharias Petri Stanghæ, quorum primum ipse met Zacharias repudiavit in posteriori opere EXCVRSVS. Pag. eadem. Alter vero quæ repudiandus ostenditur. Pag. 93.

Offredi de Offredis initium Episcopatus statuendum esse anno MCLXVIII.

secus ac censuit Rubeus, aliique ex nostris ostenditur. Pag. 95., et seq.

Offredi Episcopatus initium confirmatur ex Alberto Majoris Ecclesiæ Presbytero auctore synchroño. Pag. 96., et seq. — Ejusdem Episcopi elegium. Ibid.

Offredi Homobonus Romæ, præmisso ejus præconio die vigesima sexta mense Septembri anni MDCCXCI, consecratus fuit in Episcopum die 2. Octobris ejusdem anni. Vide de ejus nobilitate, atque virtutibus rebusque in suo Episcopatu præclare gestis. Pag. 174., et seq.

Oldericus Episcopus electus circa annum DCCCCXC. Ejus retinendum nomen ita scriptum pluribus id testantibus monumentis, ex multis, que eidem tribuuntur. Pag. 58. — Plura obtinuit privilegia, et Diplomata ad annum usque MIV., qui fuit ei emortualis. Pag. 58., et seq. — Monasterium S. Laurentii extra muros adificavit, quod etiam amplio patrimonio dotavit, eidem præficiens Abbatem ex Ordine S. Benedicti. Pag. 59. — Arcam S. Hymerii in nobiliorem formam rededit, et S. Gregorii Martyris reliquias Cremonam transtulit. Ibid.

PIVS VII. die XXV. Martii anni MDCCCXIV. ad suam Sedem redux Romam versus iter faciebat. Pag. 175.

Panchoardus non eo anno elect. Episcopus, quo censuit Cl. Bonsossa. Pag. 21., et seq.

Plagium detegitur Josephi Bresciani assertoris in sua Inscriptione Carolum M. fuisse presentem anno DCCCI. cum prima petra posita asseritur in fundamentis Templi Divi Jacobi sub Stephano II. Episcopo Cremon. Pag. 15., et seq.

Ponzonus Pontius electus anno MCCXXCVIII. ejus integra inscriptio, et elegium a nostris non recte exhibitum, et illustratum sue integratitatem restituitur, et ad quem annum speetat ostenditur, qui fuit nempe ejus electionis MCCXXCVIII. Pag. 111.

Quatuor monumenta afferuntur ad eundem Ponzonum spectantia.

Pag. 115. De eo emendatur Vghellius, qui scribit Bonitio Ponzonum anno MCCXC. successisse, qui fuit ei emortualis. Pag. 113. Emendandi quoque Zacharias, et Bonafoſſa, qui scribunt Bonizonom, et Ponzonum eodem anno Episcopos exitisse. Pag. eadem 113., et seq. 114. — De Ponzoni illustri Familia elegium. Pag. eadem.

De Porris Marcus electus in Episcopum Cremonensem anno MCCCXXCIII. Non recte Vghellius, et Rubeus statuant ejus electionem in anno MCCCXXXI.

Presbyter nomine, cognomento de Medolao nunc primum certo innotescit ex Monumentis num. septem, quæ subjiciuntur. Pag. 80., et seq. — Ex primo infertur annum primum Episcopatus Presbyteri fuisse ann. Incarnationis MCLXII. Pag. 81. — In eo anno MCLXIII. continentur quasplurimæ Investituræ. Pag. 82., ubi habetur mentio Ecclesie S. Sisti, vel Sixti ad tertium saeculum spectantis. Eadem pag. 82. Monumenta trigesimum n. 1., et 2. confirmant protectionem Friderici omnium bonorum Ecclesie Cremonen., spectantque ad ann. Incarn. MCLXIV. Pag. 83.

*Presbyteri Episcopi Cremonensis, qui fuit anno MCLXII. usque ad annum MCLXVII. fidem faciunt plura Monumenta videnda a pag. 81. ad pag. 83. — Ejus cognomen fuit de Medolao. Pag. 81. Monum. XXVII., vocabatur etiam *Presbyter nomine*. Pag. 82., et alibi. — De sede dejectus fuit, quod schismati adhaesisset. Pag. 83. — De eo mentio habetur apud Sicardum in Chronicœ. Pag. 83., et seq. 85.*

Raynerius de Casulis eligitur Episcopus Cremonensis anno MCCCXCVI, vita fungitur anno MCCCXIL, et in vigilia Nativitatis D. N. sepulturæ traditur. Pag. 121.

Reconciliatio, quæ ex lapide Bresciani supponitur facta cum hac Civitate anno MXXXIV., falsa probatur. Pag. 63., et seq.

Rodoaldi Regis Longobardorum mors eo anno statuitur a Josepho Bresciano, quo ostenditur falsam esse Inscriptionem, quam assert sub Eusebio Episcopo de Templo S. Antonini ab eo ædificato. Pag. 11.

Rubeus Blasius ob contextam Seriem Episcoporum Cremonensium laudandus, quamvis non semel lapsus sit in sua Tabula diptycha describenda. Emendandus de anno, quo habitum fuisse concilium Nicænum putavit. Pag. 2.

Idem in Diptycha Desiderium II. Episcopum omisit. Pag. 12. Lapsus est etiam in statuendo obitu Bernardi. Pag. eadem.

Idem dum statuit initium Episcopatus Athonis in an. DCCCXXX. Pag. 19., et seq. Idem emendandus de anno, quo Panchoardi obitum in ann. DCCCLVI. protraxit, simulque Benedicti successoris in eundem annum distulit. Pag. 23. — Non recte statuit

Landonis Episcopatus initia in ann. DCCCLXXVI. Pag. 28. — Dum scribit Landonem Episcopum obiisse anno DCCCLXXXI., eidem abstulit annos fere XXX. vite, et Episcopatus. Pag. 33. — Haud recte quoque sensis de inicio Episcopatus Landulphi. Pag. 34. — Joannis Episcopi obitus, et Darimberti electio protrahenda in annum DCCCCXXV., secus ac statuitur in Diphyca. Pag. 44., et seq.

Idem Rubeus falsa narrat de successione Episcopatus Egidoli de Bonseris ob Gherardi Episcopi mortem. Pag. 132.

Idem quoque deceptus est scribens Marcum de Porris vita functum MCCCXXCV., cum ad Ecclesiam Cenetenensem translatus fuerit anno MCCCXXCVI. Pag. 139.

De Rubeis Bernardus electus Episcopus Cremonensis anno MCCCC-LVIII., translatus ad Novariensem Cathedram anno MCCCCLXVI. Pag. 147., et seq.

S. Homobonus inter Sanctos adscribitur. Vide sub Sicardo.

S. Sylvini festum, quod singulis annis Cremonæ celebratur sub die XVI. mensis Februarii, cur omissoam fuerit iam a saeculo XV. inquisitione dignum videtur. Pag. 14., et seq.

S. Sisti Ecclesia jam erecta erat tertio saeculo labente. Pag. 8a.

Schisma adversus Gregorium VII. quando erupit tanto cum Ecclesia detimento? Pag. 70.

Septalis Ludovicus Mediolanensis Archipresbyter ejus Ecclesiæ adlectus post obitum Cardinalis Alphonsi Litte Vicarius Capitularis nominatur — Quo in munere sibi promeruit, ut ad eamdem Ecclesiam Cremonensem regendam deligeretur anno MDCXXCI. Pag. 171. Synodus Dioecesana saluberrimis decretis munitam in lucem edidit. Insigni Collegiata S. Homoboni præcipui Vrbis nostri patroni erectionem maxime promovit. Hinc de Vrbe, et Episcopatu optime meritus Mediolani obiit anno MDCXCVII., et in Basilica S. Nazarii sepultus fuit. Pag. 172.

Sfondratus Franciscus nobilis Cremonensis, qui suæ familiæ splendorem plurimum auxit, summis dignitatibus a Paulo III. post quam in sacrum Collegium Cardinalium assumptus fuit honestatur, et Episcopus Cremonensis eligitur die XIX. anni MDLXIX., sed brevi vitam cum morte commutavit maerentibus omnibus, anno MDL. Pag. 159., et seq. — Eadem erectum fuit illustre monumentum in pyramidis formam cum honorifice elogio. Pag. 160.

- Fortunatissimus extitit, nam ex duobus, quos generat filios, unus extitit Summus Pontifex, alter iis floruit virtutibus, ut a Carolo V. inter intimos familiares electus fuerit.* Pag. eadem, et seq. 161.
- Sfondratus Nicolaus Episcopus creatus Patriæ nostræ anno MDLX. deinde ad Summum Pontificatum electus anno MDXC. Brevi ex hac vita migravit anno MDXCI. idibus Octobris. Pag. 162., et sequenti. Pontificatu dignissimum fecere Nicolaum Sfondratum præter ceteras dotes, admirabilis ejus vitæ integritas morumque innocentia.* Pag. 163. Vide elogium Monum. LIX. — *In Concilio Tridentino sapientissimi Viri et Religiosissimi præsulis nomen sibi promeruit, quod ejus opera decretum conditum fuerit de tollenda beneficiorum pluralitate.* Pag. 162., et seq.
- Sfondratus Paulus Cardinalis electus Episcopus Cremonen. mense Septembri anii MDCVII., vita functus anno MDCXVIII. Pag. 164. Presbyter Cardinalis declaratus a Patruo Sunmo Pontifice, ipsum in re Christiana administranda maxime adjuvit, cum initio Pontificatus in adversam valetudinem incidisset. Presbyter Cardinalis declaratus S. Ceciliæ summo sibi honori duxit vetustissimam Ecclesiam S. Ceciliæ instaurandam, ornandamque suscipere, ex quo factum est, ut erucere, et invenire meruerit e ruderibus vetustissimis saeculi III. sacram ipsius corpus intactum, ut primo ibidem positum fuerat. Illud autem pretiosissimum omnis generis ornamenti locupletatum publicæ fidelium venerationi exposuit.* Pag. 165., et sequenti. Hujus Cardinalis vitæ sanctissime actæ testimonium exhibent elogia ad ejus sepulcrum posita. Pag. 166. Videnda quoque ibidem alia pag. 167. n. I. II. III.
- Huic piissimo Cardinali pariter feliciter obtigit, ut corpus S. Agnetis Virginis, et Martyris anno MDCV. sub Altari inveniret, cum altero eidem proximo S. Emerentianae ipsius Agnetis colactaneæ.* Pag. 167.
- Sfortia Ascanius Maria Cardinalis ad hanc Ecclesiam administrandam electus anno MCCCCXXXVI. obiit Romæ anno MDV. Pag. 150. — Instabilis fortunæ casus subiit, quos animo forti, magnoque tulit, meruitque ut ab ipso Julio II. cum elogio honorifica sepultura decoraretur.* Pag. 152.
- Sicardus Episcopus Cremonen. transtulit ab Urbe Roma Cremonam corpus S. Archelai, simulque alterum S. Hymerii.* Pag. 26.
- Sicardi obitus, et elogium.* Pag. 92.

Sicardus electus in Episcopum Cremonensem anno MCXXCV., teste eodem Sicardo in Chronico. Pag. 98. — Homobono Civi nostro astitit morienti non sine sanctitatis odore, ejusque Canonizationem Romæ promovit, et obtinuit ab Innocentio III. Pag. 98. ejus Bulla Canonizationis signata fuit pridie idus Januarii Pontificatus Innocentii III. anno primo. Pag. 99. — Celebris controversia, quæ orta fuerat de notis, quæ exprimunt diem, quo data fuit eadem Bulla bono in lumine ponitur, et exemplis confirmatur. Pag. 99., et seq.

Sigoni notatur, quod de Vbaldo Episcopo Cremonen. falsa comminiscitur. Pag. 72., et seq.

Idem *Sigoni* notatur, quod plura de suo in historia commentus fuerit. Pag. 73.

Sinperitus electus Episcopus circa annum DCCCXXVII. Interfuit consilio habito Mantua anno DCCCXXVII. Pag. 19. Emendandus Rubeus de anno, quem statuit pro Episcopatu Athonis. Pag. 19. *Specianus Caesar* singulare decus extitit, et ornamentum Patriæ nostræ, qui sub Divo Carolo Borromeo Cardinali educatus, et ab eo Canonicus Mediolanensis adlectus ad gravissima negotia expedienda missus fuit Mediolanum, ubi eo in munere per plures annos summa fide, et singulari prudentia se gerens maxime inclaruit. Ad hanc Sedem fuit electus anno MDXCI., Novariensem quoque obtinuit, aliasque dignitates, inter quas Nuncii Apostolici munere a Clemente VIII. in Germaniam ad Rodolphum Imperatorem missus, ibidem contra Principes quoque haereticos illarum partium fidem Catholicam strenue defendit, atque obtinuit, ut Concistorium Ecclesiasticum sub utraque specie communicantium in Regno Boemie, abjuratis erroribus, in gremium S. Matris Ecclesiae receptum fuerit. Pag. 163., et sequenti. Templum Divæ Mariæ Assumptæ consecravit die XX. mensis Augusti anni MDCVII., vitam majorum honorum gradibus dignam clausit anno MDCVII. Pag. 164.

Stephanus Romanus primus Ecclesie Cremonensis Episcopus statutus a Rubeo, qui tamen in Concilio Nicæni tempore designando lapsus est cum cæteris Chronographis nostris, cui insuper errori alterum addidit Cl. Bonafossa in sua Episcop. Cremonen. Serie MS. Pag. 2., et seq.

Thomas Mediolanensis e Brixensi translatus ad hanc Sedem anno

MCCCXC. intra annum ipsum cum Sede Francisci De Lantis
commutavit. Pag. 140.

De Tortis Georgius translatus e Sede Cenetenisi anno MCCCCXXCVI.
vita functus MCCCCXXCIX, ante quam exhiberi potuerint Bullæ
translationis. Pag. 139.

Trechi Hypolitus ex numero Cremonensium Episcoporum expon-
gendas. Pag. 144.

Trivisanus Hieronymus Nobilis Venetus electus anno MDVII. parim
præsens, partim absens hanc Ecclesiam administravit. Eo quod
Cremona post victoriam, quam Veneti apud Addam reportarunt,
ipse Trivisanus Reipublicæ suæ fortunam secutus Venetias con-
cessit, ubi diem suum clausit supremum anno MDXXXIII.
Pag. 152., et seq.

A Turre Jacobus Antonius Mediolan. elect. anno MCCCCCLXXXIII. ab
eo gentilium monumentum erectum fuit, ut probatur ex ipsius
monumenti titulis. Pag. 150. — Ab eodem reformata fuere Ca-
pituli nostri statuta. Pag. 150.

Vbaldi Episcopi Cremon. electio consocianda cum anno MXXXI.
Pag. 65. — A suis Civibus, vel ab initio Episcopatus plurimum
vexatus fuit. Pag. 66. Ejus justa defensio fuse exponitur. Ibidein
et pag. seq. Vt consecraretur concedere debuit Cortem, quam
Vbaldo Episcopo Gerardus Archiep. Mediolanensis Nepos suæ
Ecclesie eripuerat. Pag. ead., et seq. — Non multo post tamen
predictam Cortem recuperavit ex Diplomate Henrici pag. 67. —
Nihil honorificentius inventiri potest Bulla Alexandri Papæ II. in
favorem Vbaldi Episcopi. Pag. 67., et seq. — Alexander II.
S. P. acerrimus Defensor Ecclesia contra simoniacos, et concubini-
narios. Pag. 69. — Cadaloum Parmensem in Pseudo-Pontificem
elegerant. Pag. eadem. Vbaldus Episcopus manxit in fide Ale-
xandri II. ad suum usque obitum. Pag. 70. — Falsa omnino
sunt, quæ ab Vghellio de Vbaldo narrantur, quod Henrici
partibus studuerit, quod Giberto adhæserit, atque Ecclesia con-
tumax miserabiliter vivendi finem fecerit. Pag. 70., et seq. —
Guibertus idem Auctore Henrico Rege a factione improborum in
Antipapam eligitur anno MXXC. contra Gregorium VII. legiti-
mum universæ Ecclesia Hierarcham. Pag. 71.

Venturinus de Marnis electus anno MCCCCXXIII., decessit anno
MCCCCLVII. ex Necrologii nostri fide. Pag. 145. — Quæ Vghel-

lius de Jacobo Neapolitano Venturini successore narrat, admodum incerta. Pag. 145. et seq.

Vghellius Ferdinandus Abbas Cisterciensis Italæ sacræ Auctor præstantissimus, cuius tamen ingens opus nœvia carere non potuit. Haud recte statuit Panchoardi mortem, tamque protractit in ann. DCCCLVI. Pag. 23.—Item emendandus cum notas in privilegio Ludovicil. profert ad ann. DCCCLXX. Lapsus est quoque, dum Landi, sive Landonis suscepti Episcopatus initia refert in annum DCCC-LXXVI. Pag. 28. — Sex annos abstulit vitæ, et Episcopatus eidem Landoni Episcopo. Pag. 33. — non recte sensit de initio Episcopatus Landulphi. Pag. 34. — Excidit eidem notabilior error, teste etiam Muratorio, de anno, quo idem Landulphus obtinuerit ab Hugone Rege Italia confirmationem omnium privilegiorum, quæ a Decessoribus Principibus concessa fuerant. Pag. eadem 34. — Quæ ab eo narrantur de excidio Oppidi Crema falsa, et apocrypha esse probantur. Pag. 48.

Idem Vghellius immerito accusat Vbaldum Episcopum, quod promoverit partes Giberti Antipapæ contra Gregorium VII. legatum Pontificem, quodque excommunicatus, et S. R. Ecclesiæ contumax e vita decesserit. Pag. 70. — Haec enim falsa esse invicte ostenditur ex nota temporis, quo Arnulphus Vbaldi successor Sedem Cremonensem jam obtinebat, item ex anno, quo notatur electio Giberti Antipapæ, tanto posterius facta, aliisque iusuper æque solidis probationibus. Pag. eadem, et seq.

Eidem Vghellio ignotus fuit Vbertus Episcopus, propterea ejus Episcopatus initium protulit in ann. MCVII, sed emendandus. Pag. 78. Idem in designando Bernerii Episcopi obitu decennii errorem admisit, totidem annos auferens Cacciacomiti Bernerii Successori. Pag. 109.

Idem qui in lapide Vgolini de S. Marco sepulrali biennium omisit emendandus. Pag. 137.

Vghellius idem in errorem incidit, dum statuit hunc Episcopum obiisse anno MCCCXXCI. in quem errorem etiam lapsus est Rubeus. Nam ex Necrologio nostro constat eundem vitam cum morte commutasse anno MCCCXXCIII. idibus Octobris. Pag. 138.

Vgo Parmensis annuam tantum hujus Sedis administrationem tenuit ex Vghellio, et Rubeo, ac vita functus anno MCXVIII. Pag. 79. *Vgolinus de S. Marco* electus anno MCCCXXVII. Pag. 137. De ejus

die emortuali testes sunt binæ Inscriptiones, quæ adhuc extant in Ecclesia S. Dominici. Ibidem. Nicolaus V. Pseudo-Pontifex eligit Dondinum quemdam in Episcopum Cremonensem, qui brevi ab Episcopatu dejectus. Pag. 137. — Vghellius emendandus de anno emortuali Vgolini de S. Marco. Pag. 137.

Vicecomes Franciscus Mediolanensis nobilitate, suisque etiam meritis ad hanc Sedem post Camporam translatus fui anno MDCXLIII. dienu suum obiit in extrema senectute anno MDCXXI. pag. 170. Vidam Marcum celebrem nostrum Poetam ex errore scriptores nostri potant a Capitulo Ecclesiæ Majoris in Episcopum electum fuisse, cum id tantum de ejus fratre intelligendum sit. Pag. 155. et seq. Idem Vida Marcus Hieronymus a Paulo III. honorificis literis eligitur, ut ad generale Concilium Tridentinum se conferat. Data fuit epistola Placentiæ XIV. Aprilis MDXLIII. Pag. 157.

Vsbertus Episcopus Cremon. electus circa annum MXXCVII. obiisse probatur anno MXCVI. Pag. 76. — Ejus nomen quod initiali lit. O scribitur in Bulla Urbani II., in altero Monum. integre scribitur Vsberto. Pag. 75., et pag. 76.

Walterus hujus Sedi electus censendus anno MXCVI.; designatus quidem ante decennium, sed manens absque canonica confirmatione usque ad Vsberti diem emortualem. Pag. 78.

Wlpharedus Mutinensis elect. Episcopus circa ann. DCCCXVI. Quod cum Archiepiscopo, aliisque proceribus conspiraverit contra Ludovicum Pium Imper. in Monasterium detruditur, ubi vivendi finem fecit. Pag. 18.

Zacharias Franc. Aut. omni eruditioñis genere clarissimus. Non audiendus, dum ex impuris fontibus Bresciani, putat Catalogo nostro Episcoporum adjiciendum esse Gualbertum de Mussia, atque Landulphum legitimum hujus Ecclesiæ Antistitem exulare juber. Pag. 34., et seq. — Inscriptiones ab eodem Zacharia recensentur, quæ ipso Judice respondeantur, quæque a Brescianis fontibus singulariter proveniunt. Pag. 34., et seq.

Idem Zacharias notandus, quod consulatum Paulini jun. sic expressum in Lepide Bresciani = ET ITERVM PC PAVLINI JVN. non repudiaverit, quo admisso, sequeretur turbandum esse ordinem Fastorum tam Consularium, quam Bissextilium. Pag. 38., et seq.

Idem Zacharias tres Inscriptiones afferit, pro spuriis habendas, quarum

duo pertinere dicuntur ad Valerium Schitium Episcopum Crem., prima vero ad Vbaldum ejusdem Civitatis Episcopum. Pag. 73. — In ejus Libro, cui titulus *Excursus Litterarius* plures aliae adduntur, quae ab eodem met Cl. Auctore reprobantur. Pag. 73. Vide etiam Librum eundem. Pag. 59., et seq.

Idem Zacharias in errorem lapsus est referens Diploma Landulpho, quod ad Vbaldum Episcopum spectat. Pag. 61., et seq.

Idem Zacharias refellitur, ubi pro Presbyteri nomine substituendum putat Oddonem. Pag. 86., et seq. — Tum etiam ubi scribit Oddonem fuisse Cardinalem, et quidem ordinis Diaconalis — Idem ex Vghellio falso refert Castrum de Malleo a Federico Imperat. sub Imperiali protectione susceptum anno MCLXIV., cum id factum fuerit sub Presbytero Episcopo, ex ejusdem Monumento XXX. n. 1., quod allatum . Pag. 8a. Vide pag. 88., teste etiam Cl. Bonafossa, ut a me quoque recognitum fuit. Ibid. et seq.

Idem falso retulit Bullam Alexandri III., ac si referenda esset ad Oddonem Episcopum, cum teste eadem Bulla spectet ad Offredum Episcopum. Pag. 89., et seq.

Idem Zacharias haud recte censuit Alexandri III. Bullam spectare ad S. Emannelem, cum ea ad Offredum Episcopum referenda sit. Pag. 95., et seq.

Zacharias plura congerit sub Rainerio sui libri Ep., pag. 142., et seq., atque statuit de Gerardo, de Vgolino, aliisque Episcopis, et de Inscriptionibus eorumdem, quae falsa plane, et responda sunt. Pag. 133., et seq.

209

MONVMENTA AVTHENTICA
SPÉCTANTIA
AD SERIEM EPISCOPORVM CREMONENSIVM

206

MONUMENTVM L.

Panchovardus Cremonensis Episcopus coram Adelgiso Comite Misso Ludovici II. Imperatoris in Placito Cremonensi, testes adducit, ut probet quasdam Curtes cum aliis juribus a Carolo Magno Ecclesia sua donatas, & a suis antecessoribus possessas, anno DCCCXLII.

In Christi nomine. Dum per sanctionem sacri Principis & serenissimi Augusti Hilotarii magni & gloriosissimi Imperatoris Adelghisus Comes Cremonam advenisset, ad perquirendum instituta Precepti, que per Stephani ejusdem Civitatis Episcopi petitionem Dominus & gloriosissimus & piissimus Karolus Rex in eadem Ecclesia concessit habendum, idest Curtem Cucullo, Tecledo, Capriolas, Brivisula, una simul cum Porto Vulpariolo et molitura de molinis et navium transitoria et reliqua portora usque in caput Addue, et cum eo adessent Panchovardus ejusdem Civitatis Episcopus, una cum Sacerdotibus suis Benedicto Diacono ejusdem Presulis Nepote, Capellano Domini Regis Hlodowici, Augusti Lotharii filius, Odelbertus Archipresbiter de Brixianore, et Agermundus Archipresbiter de Jovenalta, Sigeprandus et Landebertus Presbiteris, et simul cum eo Ambrosius et Runualdus Pergomatus Judices, nec non Wilfredo, Fulberto, Sicchemano, Eiscari, Yldoini et Gildoini germani, Bavo, Otto, Wiveman, Aldo, Gisewerto, Rachimperio, Arichis, Rodemanno, Auperto, Roteperto, Ardulfo, Nazarius, Stabilis, isti Brixiani sunt; et Vrso de Parma, isti Vassalli suprascripti Comitis; et Adaldo, Johanne, Rodemundo, et Rodelando, Rotchario, et Rotpaldo, Aloaldo, Helyrio, Geillo, Ardemannus, Walteramo, Odelberto, Pertefuso, Bruningo, Adefus, isti Vassalli Episcopi. Sic in istorum omnium presentia Sacerdotes et Laici interrogati, atque conjuncti in eadem fide Sacerdotii et Christianitatis sue, quod de hac precepti investitura scirent, ut verum dicenter, et per nullius hominis timorem, neque blandimentum in aliqua parte deverterent. In primis Antonius presbiter dixit: Scio et bene memoro, quando Dominus Karolus Rex istam patriam Longobardiam adquisivit, per Preceptum suum in sancta Cremonensi Ecclesia, in Stephano ejusdem Ecclesie Presule concessit Curtem Cucullo, Tecledo, Brivisula, et Porto Vulpariolo, cum molitura de molinis, et transitoria militum, cum reliqua portora, usque in capud Addue, sicut istud Preceptum continet. Et post Stephanum posseorem et Atonem, eo usque dum Rotechild Bajulus Pipini Regis

contra legem et malo ordine Atonem Episcopum disvestivit. Garibertus Presbiter dixit: Meinoro, Atonem Episcopum habentem integrum juxta istud Preceptum, quod Dominus Karolus Rex in superiori Ecclesia concessit, idest Curtem Cucullo, Tecleto, Brivisula, et Porto Vulpariolo, cum molitura de Molinis, et transitoria militum, cum reliqua Portora usque in capud Addue, donec eum Rotchildus contra legem et malo ordine disvestivit. Cumpertus Diaconus similiter dixit, ut Garibertus, Sinipertus Presbiter, Natalis Presbiter, Viseverus Presbiter, Audemarus Presbiter, Gisemprandus Presbiter, Lupus Presbiter, isti omnes ita dixerunt, sicut Garibertus et Gumbertus. Garoto de Auces juratus a Dei Evangelia, et inquisitus dixit: Scio et beue memoro, Atoneum Episcopum habentem integrum juxta istud Preceptum Curte Cucullo, cum reliqua sequentia Precepti, et Porto Vulpariolo, et reliqua Portora usque in capud Addue, usquequo a Rotchilde contra legem disvestitus est. Agevertus de Waldeningo similiter ut Garoto dixit, et reliqua omnia de possessione Episcoporum, ut Antonius Presbiter firmaverunt. Arimundus dixit: Memoro Atoneum Episcopum habentem molituram molinorum de Vulpariolo usque in capud Addue, et ego de meo molino in hanc domum Cremonensem meam molitram vixi. Isti Bergomatae sunt. Isempertus de Muredellas similiter de Atone dixit, sicut et ceteri Presbiteri dixerunt. Grasevertus, Agemundus, et Aripertus de Gaidisco, isti omnes jurati, ut Isemperto dixerunt. Mauritius, Munofredo Clerico, Ragemundus, isti omnes jurati dixerunt, ut Isemperto et Graseverto. Lamperto de Publicillas similiter dixit, et hoc per sacramentum affirmavit. Leonnasse de Cremona juratus similiter dixit ut Isemperto et Graseverto vel reliqui. Hi omnes investitura Attoni Episcopo testati sunt, scilicet a Rotchilde Pipini Bajulo malo ordine et contra legem devestitus fuisse dixerunt.

Facta hac notitia inquisitionis anno Domui et serenissimi Lutharii Augusti XXII. ejusque dilecti filii glorioi Regis Ludovici idemque Secundo, XI. Kalendas Aprilis, per Indictione V. feliciter.

Scripsi ego Ingeprandus Diaconus ex sanctione Missi et Comitis Adelgisi.

Adelgicus Comes in hac inquisitione a me facta subscripsi.

Ego Romaldo Scavino interfui.

 Signum manus Ambrosii Scaviuo Bergomate, in his actis interfuit.

Ego Benedictus Diaconus et Capellanus Domini Regis in hac inquisitione interfui.

Ego Odelbertus Presbiter et Custos Ecclesie Sancti Laurentii, sita Brixianore in his actis interfui.

Sigeprandus Presbiter in his actis inquisitionis interfui etc.

Ex Muratorio Medii Aevi Tom. II. pag. 977.

Vide Monum. I. pag. 20. libri nostri editi linea 3.

MONUMENTVM II.

In eo Lotharius Imper. in favorem Panchoardi Episcopi confirmat omnia bona ad ejus Ecclesiam spectantia an. DCCCXLII.

In nomine Domini nostri Iesu Christi Dei aeterni.

Lotharius Divina ordinante Providentia Imperator Augustus. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, ejusque in eisdem locis sibi famulantibus opportuna beneficia largimus, praemium nobis apud Dominum eternae remuneracionis rependi non diffidimus. Igitur omnium fidelium sancte Dei Ecclesie, ac nostrorum, praesentium videlicet et futurorum, comperiat magnitudo, quia Vir Venerabilis Panchoardus Cremon. Ecclesie Episcopus detulit obtutibus nostris quedam pie recordationis avi nostri Karoli, et bone memorie genitoris nostri Ludovici Augusti præcepta, in quibus continebatur, qualiter ipsi omnes res Episcopatus sui Sanctæ Mariæ videlicet, et Sancti Stephani, que ibidem a longo tempore usque nunc visum est pertinere, tam Monasteria, quamque et Scenodochia, seu Ecclesiæ baptisimales, vel reliquias possessiones, ad ejusdem Episcopatum pertinentes, sub sua haberent defensione, atque immunitatis tutitione: unde memoratus ejusdem Sedis Præsul Panchoardus nostram petiit pietatem, ut easdem auctoritatibus nostro confirmaremus, ac sanctificaremus præcepto. Cujus precibus pro mercedin nostre augmentatione libentissime aduenientes hos celsitudinibus nostre apices decrevimus fieri, per quos præcipimus, modisque omnibus confirmamus, ut quicquid ad prefatam Ecclesiam a longo tempore Reges, vel alii quibuslibet homines largiti sint, vel ea quæ divina pietas ibidem augere voluerit, et memoratus tenet, vel possidet Episcopus atque prædecessores sui tenuerunt cum omni integritate per nostram præceptionem ad eamdem confirmamus ecclesiam ut tam memoratus Episcopus, quamque et successores sui. Deinceps jure firmissimo teneaut, atque possideant, et ad ipsam sanctam Ecclesiam in augmentis proficiat. Reperimus nam-

que in auctoritate bone memorie praefati avi nostri Caroli, qualiter ipse ad praefatam Cremonensis Ecclesiam quasdam res condonaverat, locum videlicet, qui dicitur Tedeelus cum Brivisula et Cucullo vel omnia ad ipsa loca pertinentia, et porto cuius vocabulum est Vulpariolus, cum multorum transitorio usque in caput Addue cum molatnra de molendinis, et portoribus usque in caput Addue. Si praefata res tempore Pipini patrui nostri Regis Longobardorum a jam dicta Sede abstractae fuerint, quod nos ad inquirendum missum nostrum Adalgisum comitem constitutimus, qui inquisita rei veritate, nobis intimare studuit, qualiter predicta Ecclesia multis temporibus inde per donationem avi nostri vestitaram habuisset. Quæ omnia veraciter cognoscentes, placuit nobis nostram superaddere auctoritatem, per quam concedimus, atque confirmamus, ut praedicta loca sicut a piissimo avo nostro concessum exsit, ita ab hinc in futurum, per nostram confirmationem jam dicta Ecclesia teneat, ita ut nullus Missus, neque Judex publicus, neque ulla opposita persona inde ullam contra praedictam Ecclesiam, vel Rectores ipsius inferre presumat molestiam, aut inquietudinem, sed perpetuis temporibus sicut superiorius promulgatum est, ad partem praefate Ecclesie Rectores ejusdem Sedis teneant, atque disponant, et ut hec nostra immunitatis, atque largitionis auctoritas firma permaneat, manu propria subter illud firmavimus, et anuli nostri impressione assignari jussimus.

Signum Lotharii (◆) Sereniss. Augusti.

Remigio Notarius ad vicem Agilmari recognovi. Datum IV. idus Martii anno X. propitio Imperii Domini Lotharii pii Imperatoris in Italia XXII. In Francia II. Indictione IV. actum Quinciacum villa in Dei nomine feliciter. Amen.

Vide Monumen. II. pag. 22. lin. 2.

*Ex Libro Privilegiorum Episcopii Ecclesie Cremonensis pag. 6.
et sequenti.*

MONUMENTVM III.

Lotharius I. Imperator Panchoardo Cremonensi Episcopo privilegium concedit, ut per solos testes jura sua Ecclesia desperita recuperare possit, circiter annum DCCCXL.

In nomine domini nostri Jesu Christi Dei eterni. Hlotharius divina ordinante providentia Imperator Augustus. Omnibus fidelibus

sancte Dei Ecclesie, et nostris, vel cunctis Rempublicam administrantibus, notum sit quia Panchoardus venerabilis Cremonensis Vrbis Ecclesie Episcopus petuit excellentiam nostram, ut per nostram auctoritatem concederemus ei ut quicquid predicta Sedes de rebus vel de mancipiis injuste privaverat, per inquisitionem in quibuslibet locis redintegrare valeret. Cujus precibus ob reverentiam ipsius Ecclesie adquiescere placuit, hanc nostram auctoritatem fieri jussimus, per quam ei concedimus atque confirmamus, ut ubicumque ipsa Sedes aliquid injuste privatum habet tam de rebus, quamque et de mancipiis, in quibus locis inquisitio facta fuerit per bonos et veraces et nobiles homines ipsius ibi commanentes, ubicumque de his facta fuerit causa, eas adquirere valeat, ne prefata Sedes nil injuste perdat hoc quod legibus habere dignoscitur; et volumus, ut nullus contradictor de hac re existat, sed sicut a nobis concessum est, ita permaneat. Et ut haec nostra concessio firmior habeatur, vel a cunctis fidelibus nostris melius conservetur, de anulo nostro subter jussimus sigillari. (*Cetera desiderantur*).

Ex Muratorio Antiquit. Medii Aevi Tom. II. Col. 975.

Vide Monum. III. pag. 22. lin. 13.

MONUMENTVM IV.

Decretum Synodale Angelberti Archiepiscopi Mediolanensis, et Comprovincialium Episcoporum, per quod confirmant immunitates Monasteriorum Brixiani Sanctorum Faustini et Jovitae a Ramberto Episcopo adificati anno 842, cui inter alios subscribitur Panchoardus Episcopus Cremonensis.



Angelbertus humilis beatæ Mediolanensis Ecclesiaz Antistes. Notum esse cupimus cunctis Christi Dei nostri cultoribus, quod confrater atque Coëpiscopus noster Rambertus, cum suorum Sacerdotum, aliquinque fidelium consensu, in loco ubi Sanctorum Faustini et Jovitiae Martyrum Corpora quiescent, Monachorum edificavit Cenobium. Super cujus perpetuo statu institutionem facere, ipsamque nobis, ut nostro roboretur precepto, curavit offerre. Et quia officii nostri est, non extinguere honorum, sed magis magisque ascendere studia, alacri devotione institutionem, quam jam predictus Deo gratus Episcopus, nobis vero carissimus, ideo edidit, ut salva maneret intentio res suas Deo dicantium, et in Ecclesia nobili omnibus Canoniciis horis divinum persolveretur

officium, et ut nullam quis pateretur tarditatem ad dominum convertendi: firmare ac robolare hoc nostrae auctoritatis precepto curavimus. Et videlicet modo, ut nil amplius ab ipsa Congregatione quam libra requiratur argenti. Liceatque ei absque super impositione susceptum Deo persolvere votum: habeantque nihilominus licentiam de se ipsis semper Abbatem creandi. Eo si umquam aliqua inquietudo eis illata fuerit, quicquid ab hac die ipsis datum fuerit, vel adquirere quolibet modo vel arte potuerint, in ipsorum sit potestate, quatenus his libere utendo, et quem voluerint defensorem habendo, quietius Deo valeant militare. Ut igitur institutio Sancti Coëpiscopi nostri prædicti Ramberti a nullo Successorum ejus possit aliquo modo corrumphi, sed firma et inconcussa atque inviolata permaneat, per hoc nostræ auctoritatis præceptum eam firmare curavimus, canonice proclamantes, ut si quis eam violare temptaverit anathema sit.

Quod etiam Andream Ecclesie nostra Notarium scribere jussimus, propriaque manu subscripsimus anno Dominice Incarnationis DCCCXLII. Anno etiam Imperii Christianissimi Lotharii Imperatoris Vigesimo tertio, Indictione quinta.

Angelbertus indignus Episcopus confirmans subscripsi.

Ego Aldigius Episcopus consensi et subscripsi.

P Gratiæ Dei Hagamo Episcopus huic sacre sinodali pragmaticæ manu mea subscripsi.

 Panchoardus Episcopus subscripsi.

Ermenfredus Episcopus subscripsi.

Walfericus Episcopus subscripsi.

 Ercanbertus Episcopus subscripsi.

Verendarius Curiensis Ecclesie Episcopus subscripsi.

*Ex libro Muratori Antiquitates Italicae Medii Aevi Tom. V.
pag. 986.*

Vide Monumen. IV. pag. 22. lin. 24.

MONUMENTVM V.

Privilegium quo Ludovicus Imperat. Lotarii filius sub sua protectione suscipit omnia bona, quæ spectant ad Benedictum Episcop. ejusque Ecclesiam an. DCCCLII.

In nomine Domini nostri Jesu Christi Dei æterni.

Ludovicus gratia Dei Imperator Augustus, invictissimi Domini Imperatoris Lotharii filius. Si erga loca Divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, eisque in eisdem locis famulantibus opportuna beneficia largimur, præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Igitur omnium fidelium S. Dei Ecclesie, ac nostrorum presentium videlicet, et futurorum comperiat magnitudo, quia Vir Ven. Benedictus Cremonensis Ecclesie Episcopus detulit obtutibus nostris, quædam p[ro]p[ter]e recordationis proavi nostri Caroli, nec non avi nostri Ludovici, simul etiam Domni et genitoris nostri Lotharii Aug. præcepta in quibus continebatur, qualiter ipsi omnes res Episcopatus sui, Sancta Marie videlicet, et Sancti Stephani, quæ ibidem a longo tempore usque nunc visum est pertinere, tam monasteria, quam Xenodochia, seu Ecclesias Baptismales, et reliquas possessiones et prædia ad dictum Episcopatum pertinentia sub sua habent defensione, atque immunitatibus tuitio[n]e: unde memoratus ejusdem sedis Praesul Benedictus nostram petiti pietatem, ut easdem auctoritatis nostræ confirmaremus, ac sanciremus præcepto. Cujus precibus pro mercedis nostræ augmento libentissime annuentes, hos celsitudinis nostre apices decrevimus fieri, per quos præcipimus, modisq[ue] omnibus confirmamus, ut quicquid ad prefatam Ecclesiam a longo tempore Reges, et alii quilibet homines largiti sint, et ea quæ Divina pietas ibidem augere voluit, et memoratus tenet, et possidet Episcopus, atque praedecessores sui tenuerunt, cum omni integritate per nostram præceptionem ad eamdem confirmamus Ecclesiam, ut tam memoratus Episcopus quamque et successores sui deinceps jure firmissimo teneant, atque perenniter possideant, et ad ipsam sanctam Ecclesiam in augmentis proficiat. Reperimus namque in auctoritate bonae memoriae proavi nostri Caroli, qualiter ipse ad prefatam Cremonensem Ecclesiam quasdam res condonaverat, locum videlicet, qui dicitur Teclodus cum Brivisula, et Cucullo, et omnia ad ipsa loca pertinentia, et porto, cuius vocabulum est Vulpariolus cum multorum transitorio usque in caput Addue cum molatura de molendinis, et portoribus usque in caput Addue quas res et loca Dominus et genitor noster per suum dictæ Ecclesie confirmavit præ-

ceptum . Quæ omnia veraciter cognoscentes , placuit nobis nostram super addere auctoritatem , per quam concedimus , atque confirmamus , ut prædicta loca , sicut a genitore nostro concessum extat , ita ut ab hinc in futurum per nostram confirmationem jam dicta Ecclesia teneat , ita ut nullus missus , neque ulla apposita persona inde ullam contra præfamat Ecclesiam et Rectores inferre præsumat molestiam , atque inquietudinem , sed perpetuis temporibus , sicut superiorius promulgatum est , ad partem præfatae Ecclesie , et ejusdem sedis teneant , atque disponant sub mundeburdio , atque immunitate nostra . Quin etiam et addidit excellentia nostra præfatus Præsol , eo quod quidam Longobardorum , ac ceterarum gentium homines suum peragentes negotium , Domini et genitoris nostri pragmaticum transgredi , scilicet eundo , et redeundo , ripatico , et palo solvendum sua Ecclesie auctoritate præcipientes jubemus , ut cujuscumque gentis et peragere negotium voluerit in portum Wulparioli , et Cremonæ cum milites applicent , et in sorte stent , et ibi suum peragant negotium , sic milites Comaclenses et debitum reipublicæ quod est ripaticum , et palii pictura , pastumque ad duos riparios secundum Domini et genitoris nostri , et nostram concessiones , que ipsi milites predicta portora adimpleant absque ulla oppositione , et ullius argumenti contradictione ipsi persolvant prædictæ Ecclesie , et nominato Præsuli , suisque successoribus . Quod si contra has prædictorum nostrorum , et nostras institutiones quispiam rebellis , aut contradictor existerit , licet pignorari , sicut lex dat nullo contradicenteq; distingere : si autem ejus necessitas cum suo negotio sursum ascendendi contigerit ultra caput Addue , sic milites prædictæ Ecclesie , et jam dicto Praesuli , suisque persolvant , et suum alicubi exerceant negotium , ut maluerint . Et ut haec nostra auctoritas firmior in nomine Domini obtineat vigorem , manu propria subter firmavimus , et anuli nostri impressione subter signari jussimus .



Remigius subdiaconus atque notarius ad vicem Drichtemyri recognovi . Datum IIII. Idus Januarii anno Domini Lotharii Sereniss. Aug. in

Italia XXXII. in Francia XXII. et Ludovici Magni Imperatoris I.
Iudicet. XIV. Actum Castriano Villa regia feliciter in Domino.

Ex Franc. Ant. Zacharia libri sui pag. 63.

Vide Monument. V. pag. 23. lin. 11.

MONUMENTVM VI.

In quo Benedictus Episcopus Cremonensis obtinet a Carolomanno defensionem et protectionem omnium bonorum Ecclesie Cremonensis, cuius Episcopatus spectat ad an. DCCCL.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Karolus ejusdem Dei omnipotentis gratia imperator augustus. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem dei eiusque in eisdem locis sibi famulantibus oportuna beneficia largiunus premium nobis apud deum eterne remunerationis rependi non diffidimus; igitur omnium fidelium sancte dei ecclesie ac nostrorum presentium videlicet et futurorum comperiat magnitudo: quia vir venerabilis benedictus cremonensis ecclesie episcopus detulit obtutibus nostris quasdam pie recordationis avi nostri karoli, nec non et patris nostri hludivici simul et fratri nostri hluotharii, et nepotis nostri hludivici auctoritates preceptorum in quibus continebatur qualiter ipsi omnes res episcopatus sive sancte marie videlicet et sancti stephani que ibidem a longo tempore usque nunc pertinere, tam monasteria quamque et xenodochia seu ecclesias baptismales et reliquias possessiones et predia ad eisdem episcopatum pertinentia sub sua haberent defensione, atque immunitatis tuitione. Vnde memoratus benedictus presul nostram petuit pietatem ut easdem auctoritates nostro confirmaremus precepto. Cujus precibus pro mercedis nostrae augmentatione libentissime annuentes hos celsitudinis nostra apices decrevimus fieri per quas precipiavus modisque omnibus confirmamus ut quicquid ad predictam ecclesiam a longo tempore reget vel alii quibuslibet homines largiti sint vel ea que divina pietas ibidem augere voluerint et memoratus tenet et possidet episcopus atque predecessores sui tenuerunt, cum omni integritate per nostram preceptionem ad eandem confirmamus ecclesiam ut tam memoratus episcopus quamque successores sui deinceps iure firmissimo teneant atque possideant, et ad ipsam sanctam ecclesiam augmentandam proficiat; Reperimus quoque in auctoritate bone memorie avi nostri karoli qualiter ipse ad prefatam cremonensis ecclesiam quasdam res condonaverat, et inde noster hludivicus imperator sui precepti

auctoritatem ad eandem sedem concederat locum videlicet qui dictor tecledus cum brivisula et cucullo vel omnia ad ipsa loca pertinentia et portum cuius vocabulum est vulpariolus cum militorum transitorio usque in caput addue cum molatura de molendinis et portoribus usque in caput addue quas res et loca hlotarius frater noster et inde hludovicus nepos noster per sua precepta in iam dicta confirmaverunt ecclesia. Que omnia veraciter cognoscentes placuit nobis nostram super addere auctoritatem per quam concedimus ut prefata dona sicut a fratre nostro et nepote concessa sunt, ita in futuro ipsa sedes teneat et nullus missus neque index publicus neque ulla persona inde ullam contrarietatem inferat, sed prefate ecclesie rectores ea teneant sub nostro mundiburdio, et nostra immunitate, quin et idem presul adiecit quod quidam Longobardorum vel aliarum gentium homines sua peragentes negotia ripaticum non solvissent, indeque auctoritatem ei firmamus sicut antecessores nostri, nepos noster hludovicus concessit, unde precipientes iubemus ut sicut in preceptis hlotarii et hludovici continetur ita deinceps ripaticum et pali pictura ad iam dictam ecclesiam persolvatur absque ulla contradictione et si aliquis contradixerit persolvere ita ex inde agatur sicut continetur in preceptis antecessorum nostrorum. Et ut hec nostra auctoritas plenius observetur, manu nostra subter firmavimus et anulo nostro insignari iussimus.

Signum Karoli



Gloriosissimi Imperatoris

Audacher notarius ad vicem Gaudini recognovit

Data III. kal. marci anno XXXVII. regni domini Karoli imperatoris in francia et imperii eius I. actum in sancta sophia iuxta papam feliciter in dei nomine amen.



Ego Girardus notarius huius exempli exemplar vidi et non mutata sententia exemplavi.



Ego ramundus notarius huius exempli authenticum vidi
et hic subscripsi.

*Ex libro privilegiorum Ecclesie Cremonensis pag. 11. n. 8.
Vide Monum. VI. pag. 25. lin. 4.*

MONUMENTVM VII.

Quo Carolus Imp. sub sua protectione suscipit res omnes, et bona spectantia ad Landonen Episcopum ejusque Ecclesiam, qui electus fuit Episcopus ann. DCCCXXCI.

In nomine Sanctæ, ed Individuæ Trinitatis.

Carolus divina favente clementia Imperator Augustus. Si erga loca divinis cultibus mancipata propter amorem Dei, ejusque in eisdem locis famulantibus opportuna beneficia largimur, præmium nobis apud Dominum æternæ remunerationis rependi non diffidimus. Igitur omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ, ac nostrorum, præsentium videlicet, et futurorum comperiat magnitudo, quia vir venerabilis Lando Cremonensis Ecclesiæ Episcopus detulit obtutibus nostris quædam piæ recordationis proavi nostri Caroli, nec non avi nostri Ludovici, et Lotharii, ac Ludovici nepotis nostri augusti præcepta, in quibus continebatur, qualiter ipsi omnes res episcopatus sui Sanctæ Mariæ, et S. Stephani, quæ ibidem a longo tempore usque nunc pertinent, tam monasteria, quamque et xenodochia, seu ecclesias baptismales, et reliquas possessiones, et prædia ad ipsum Episcopatum pertinentes sub suo haberent defensione, et immunitatis tuitione. Vnde memoratus ejusdem Sedis Præsul Lando nostram petiit pietatem, ut easdem auctoritatis nostro confirmaremus, et saneiremus præcepto. Cujus precibus pro mercedis nostra augmentatione libentissime annuentes, hos celsitudinis nostre apices decrevimus fieri, per quos decernimus et præcipimus, modisque omnibus confirmamus, ut quicquid ad præstatam ecclesiam a longo tempore Reges, et alii quilibet homines largiti sint, et ea quæ divina pietas ibidem augere voluerit, et memoratus tenet, et possidet episcopus, atque prædecessores sui tenuerunt, cum omni integritate per nostram præceptionem ad esmdem confirmamus ecclesiam, ut tamen memoratus episcopus, quamque et successores sui deinceps firmissime teneant atque perenniter possideant, et ad ipsam Ecclesiam Sanctam in augmentis proficiat. Reperimus namque in auctoritate proavi nostri Caroli, qualiter ipse ad præstatam Cremonensem ecclesiam quasdam res condonaverat, locum videlicet qui dicitur Secledus cum Brevisula, et Cocullo, et omnia ad ipsa loca pertinentia, et portum cuius vocabulum est Vulpariolus cum multorum transitorio usque in caput Addua cum molatura de molendinis, et portoribus usque in caput Addua, que res et loca nepos noster per suum in iam satam Ecclesiam confirmavit præcep-

tum. Quæ omnia veraciter cognoscentes placuit nobis nostram superaddere auctoritatem, per quam concedimus, atque confirmamus, ut predicta loca sic a nepote nostro concessum extat, ita ut abhinc in futurum per nostram confirmationem jam dicta ecclesia teneat, ita ut nullus missus, neque judex publicus, nec ulla apposita persona inde ullam contra prædictam ecclesiam, et rectores inferre praesumat molestiam, aut inquietudinem. Sed perpetuis temporibus, sicut superius promulgatum est, ad partem præfatae ecclesie rectores ejusdem sedis teneant, atque disponant sub mundiburdio, atque immunitate nostra. Si quis vero aliquid contra hoc nostrum præceptum facere tentaverit immunitatis ejusdem ecclesie culpabiliter habeatur, et ut hac nostra auctoritas firmiter habeatur verisqne credatur, manu propria subter eam firmavimus, et anulo nostro insigniri jussimus.



Juriaph. Cancellarins ad vices.... Archicancellarii recoguovi.
Datum Kalend. Augusti anno incarnationis Domini DCCCLXXXIII.
indictione prima, anno Imperii Imperatoris Caroli III. actum in
Murgela in Dei nomine feliciter, amen.

Ex Franc. Ant. Zacharia libri sui pag. 67.

Vide Monum. VII. pag. 25. lin. 10.

MONUMENTVM VIII.

*Landus Episcopus Cremonensis coram Gausone Misso Berengarii Regis
in Placito Cremonensi sententiam obtinet, ne censum annum pro
duabus Curtibus persolvat Camera Regia, anno 910.*

Dum in Dei nomine Civitate Cremona, hubi Dominus Berengarius glorioissimus Rex preerat, ad domum Episcopii ipsius Cremonensis Ecclesie resideret Gauso Vassus et Missus Domini Regis ex hac causa constitutus, residentibus cum eo Ambrosius Cancellarius, Gualbertus, Sichardus Index Cremonensis, Leo Archipresbyter, Petrus, Lambertus, Rampertus Presbiteris, Lupus Archidiaconus, Aldo, Oldebertus Diaconis, Cardines ipsius Episcopii, Rodelaudus, Vulmanus et reliqui plures Landus Episcopus ejusdem Se-

dis, una Adelbertus Vassallo et advocato suo, et ostendit ibi Preceptum unum, ubi continebatur in eo ab ordine ut hic subter legitur: In nomine sancte et individue Trinitatis. Karolus divina favente clementia Imperator Augustus. Si petitionibus Sacerdotum justis et rationabilibus anuuimus, et necessitudinem injustam sublevamus, id nobis procul dubio ad eternam beatitudinem capessendam pertinere confidimus, quia decet Imperiale fastigium sibi subditam partem oppressam pravitate..... erigendo, et ad proprium Deo favente statum redintegrando perducere. Quapropter omnium Sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, nostrorumque presentium scilicet ac futurorum comperiat industria, quia venientibus nobis Ravennam ad colloquium spiritalis Patrii nostri Domni Johannis videlicet summi Romani Pontificis etc. Data XI. Kalendas Martii, anno Incarnationis Domini DCCCLXXXII. Indictione XV. anno vero Imperii Domni Karoli Secundo. Actum Ravenna Civitate in Dei nomine feliciter. Amen. Estat Preceptum ipsum firmatum manu propria idem Domni Karoli Imperatoris, et ad ejus anulum sigillatum. Preceptum ipsum hostensem, et ab ordine relectum. Interrogati sunt ipsi Landus Episcopus et Adelbertus advocatus pro quod Preceptum ipsum hostendisset: qui dixit: ideo Preceptum ipsum hic vestri presenta hostensi, ut nec quislibet dicere possit, quod pars hujus Episcopii Cremonensis eum silens aut occulce aut conludiose abuissem aut detenuisse; et quod plus est, ut subdivimus iste Lupus filius quondam Aripertii abitator hujus Civitatis Cremonensis Advocatis Curtis Domni Regie Auce que dicitur Magiore, et Castenedulo qui hic presens est querit nobis Censum Solidorum Septem et dimidio pro silvis et terris a parte ipsius Curtis Auce, que dicitur Magiore, seu Castenedulo annualiter persolvendum; quod nos justa suprascriptum Preceptum da pars ipsius Episcopii nullum censem nec ullam redhibitionem dare nec persolvere debemus. Querimus ut dicat si ipsum censem a pars ipsius Curtis Auce, que dicitur Magiore et Castenedulo aliquod pertinet, an non. Qui et ipse Lupus Advocatus dixit et professus est: Vere preceptum ipsum, quas hic ostendisti bonum et verax est; et Censem ipsum solidorum septem et dimidio quod vos dicitis a parte ipsius Curtis Castenedulo, nec jam dicta Curte Auce, que dicitur Magiore justa ipsum Preceptum nihil pertinet ad querendum nec pertinere debet cum lege et ipsum censem da pars ipsius Episcopii ne quesivimus, ne querimus, quia cum lege non possumus. His peractis et manifestatio ut supra facta paruit

supradictis auditoribus esse recte, et judicaverunt ut justa eorum altercationem, et eidem Luponi Advocatori professione et manifestatione ipse Lupus Advocatus, et pars Regia, et ipsius Curtis Auce, que dicitur Magiore et Castenedulo maneat de predictum Censum justa ipsum Preceptum taciti et contenti et pars ipsius Episcopii sint exinde soluti et indemnes. Et finita est causa. Et hac notitia pro securitate parte ipsius Episcopii fieri jussimus.

Quidem et ego Rotifredus Notarius Domni Regis ex iussione Domini Regis, et ammonitione suprascriptorum Judicium scripsi, anno Regni Domini Berengarii Regis Deo propitio vigesimo tertio, mense Novembri, Indictione Quartadecima.

Andreas Diaconus et Capellanus Domni Regis interfuerunt.

Joannes Clericus de Verona interfuerunt.

Ego Ambrosius Diaconus et Cancellarius Domni Regis interfuerunt et subscripsi.

Gausus interfuerunt. = Gualpertus Judex Domni Regis interfuerunt.

Sichardus Judex Domni Regis interfuerunt = Bifonius Judex Domni Regis interfuerunt.

Petrus Notarius interfuerunt.

 Signum manibus suprascriptorum Bernardi et Pagani,
seu Reginerii Vassi Domni Regis, qui interfuerunt.

 Signum manibus suprascriptorum Beboni, et Miloni item
Vassi Domni Regis, qui interfuerunt.

 Signum manibus suprascriptorum Oderici, Ingelrimi, simili-
que Vassi Domni Regis, qui interfuerunt.

Ex Muratorio Antiquit. Medii Aevi Tom. II. Col. 5.

Monum. VIII. pag. 31. lin. 4.

MONUMENTVM IX.

Privilegium Berengarii Regis, qui prater cetera privilegia per quinque milliaria circa Cremonam territorium attribuit, ac concedit immunitatem a Vectigalibus an. DCCCCXVI.

In nomine Domini Dei aeterni.

Berengarius divina favente clementia Imperator Augustus. Si sanctarum Dei ecclesiarum pastoribus ea, qua digne a nostris fidelibus apud nostram Imperialem majestatem postulantur impendimus, id ad aeternae recompensationis meritum nobis proficer non dubitamus. Quo circa noverit omnium fidelium sanctae Dei Ecclesiae, nostrorum-

que, presentium ac futurorum industria eo quod Johannes venerabilis sanctae Cremonensis Ecclesiae Episcopus fidelis noster per Ardingum Reverendissimum consiliarium humiliter nostrae Imperiali Potestati suggesserit, quoniam occasione portarum et pusterularum ac turrium, et publicarum viarum civitati Cremonensi in sue Ecclesiae possessoribus, paganorum incursione extracta publici ministeriales Brixienis comitatus et pars curtis sex-pilas placita custodire mansionatica facere, portatica tollere, et telonea, ac curaturam publiciter erigere quaerebant. Quod nos audientes, sanctamque Cremonensem Ecclesiam infinitis calamitatibus attritam, et jam iam pene desolatam comperientes precibus jam dicti Ardinghi Episcopi, et Grimaldi comitis, atque assiduitate servitii jam fati Johannis Episcopi, hoc nostrum Imperiale praecceptum fieri decrevimus, per quod divino amore succensi, quidquid curatura, telonei aut portatici alioquin ingenio de jam fata Cremonensi civitate ad nostram imperialem et publicam partem erigi, aut pertinere potuit tam de parte praelibati comitatus, quamque de parte curtis nostrae Sex-pilas eidem ecclesiae concedimus, et largimur jure proprietario usque in perpetuum; statuimus etiam, ut nullus publicae, aut regiae partis procurator infra muros prae nominatae civitatis aliquam habeat potestatem, aut curaturam, et portaticum ibi tollat, nemo et comes, et vicecomes sculdasio, gastaldo, decanus, aut aliqua magna parvaque persona publicae et imperialis aut regiae partis infra muros Cremonenses, vel foris circa civitatem millaria quinque, placita custodiat, aut mansionaticum faciat absque voluntate, et permissione Johannis praesentis episcopi ejusdem ecclesiae ejusque successorum, sed quidquid ad publicam partem in eadem civitate vel foris usque ad milliarium quinque de comitatu Brixianensi juste, et legaliter hic usque pertinuit curatura, et de curte nostra Sex-pilas juste, et legaliter hic usque pertinuit curaturam videlicet, portaticum, vel teloneum, una cum portis et turribus atque posterulis sub integritate sanctae Cremonensis Ecclesiae perpetualiter donamus atque concedimus et de nostro jure et dominio in ejusdem jus, et dominium omnino transfundimus ac delegamus, vias quoque publicas ibidem circum circa adjacentes ad utilitatem ejusdem civitatis incidendi, et fossatos faciendi licentiam praefato Johanni episcopo, suisque successoribus hac nostra auctoritate donamus. Et si mercata infra spatium dicta civitatis, aut extra circumquaque consecrare idem Episcopus poterit una cum mercato sancti Nazarii in potestate Epi-

scopi Cremonensis ecclesia omni publica ditione remota, et contradictione curis Sex-pilas expulsa. Omnia denique castella circa plebem et curtes praelibati Episcopi Cremonensis aedificata sub nostram imperialem potestatem, et mundiburdium recepimus. Et ab omni publica functione, et placito ac mansiouatico, et curaturis eadem castella decernimus, et adjudicamus perpetuis temporibus esse excusata. Et in potestate Episcopi Sanctae Cremonensis ecclesiae absque publico ministeriali permansura censemus. Piscaria quoque eidem ecclesiae a Vulpariolo usque ad caput Adduae cum molendinis et portubus transitorii eidem episcopo confirmamus jure proprietario usque in perpetuum, et eundem Johannem episcopum cum tota Cremonensi ecclesia, et universo clero ipsius ecclesiae suisque plebibus et curtibus ac cellis et villis, et cum servis, atque ancillis, Aldionibus, et Alidianis utriusque sexus familias sub tuitione et defensione imperii nostri aeternaliter recipimus, totius potestatis contradictione remota. Si quis ergo hoc nostrae concessionis et confirmationis praecettum infringere, vel violare quandoque tentaverit, sciat se compositurum anri optimi libras sexaginta, medietatem camerae nostrae sacri palatii nostri, et medietatem praefatae Cremonensi ecclesiae ejusque rectoribus. Quod ut verius credatur, diligentiusque ab omnibus per futura tempora observetur, manu propria roborantes de anulo nostro inferius consignari jussimus.



Signum Domini Berengarii

Sereniss. Imper.

Petrus Notarius ad vicem Ardingi Episcopi et Archicancellarii recognovi.

Datum Kalendas Septembbris anno Dominicae Incarnationis DCCCCXVI. Domini vero Berengarii piseimi Rom. Regis XXIX. Imperii autem sui I. Indict. V. Actum Papiae in Christi nomine Amen.

Ex Francisco Antonio Zacharia libri sui pag. 74. et seq.

Vide Monum. IX. pag. 42. lin. 5.

MONUMENTVM X.

In quo Rodulphus Italiæ Rex Joanni Cremonensi Antistiti, atque illius Ecclesiae, a Paganis, et pessimis Christianis desolatae, privilegia sancit, et ejus jura ac bona confirmat, anno 924.

In Nominе Domini nostri Iesu Christi Dei eterni, Rodulfus di-
vina annuente Clementia Rex. Quoniam quidem Imperatorum, et
regum consuetudo fuit, est, et erit, Christo propitiante, diruta so-
lidare, et ad statum bone ordinationis dirigere, et Sanctarum Dei
Ecclesiarum defensionem illius amore, qui pro omnibus passus est,
firmiter instare: id circa notum sit omnibus fidelibus Sancie Dei Ec-
clesiae, nostrisque, presentibus atque futuris, quia Johannes Sancte
Cremonensis Ecclesie Episcopus, nosterque per omnia fidelissimus,
innuit et retulit modestie nostre per Reverentissimum Sancte Terto-
nensis Ecclesie Episcopum, et Archicancellarium nostrum, nec non
et Heicardum, venerabilem Sancte Parmensis Ecclesie Episcopum,
summumque Auricularium nostrorum, quatenus ut eumdem Johaunem
Episcopum cum omnibus facultatibus sue Ecclesie, suoque Clero et
Canonicis ibidem Deo famulantibus, suisque libellarii absque pro-
prietate consistentibus, ejusdemque Ecclesie familis, pro Dei Amore,
et remedio animo nostro, sub nostra Regali defensione, et omnia
jura sue Ecclesie; et proprietates atque possessiones sub integritate
sui, per nostri precepti inscriptionem confirmare usque in perpetuum
dignaremur, sicut juste et legaliter inferius fuerit declaratum. Nos
autem ad eamdem Ecclesiam a Paganis, et quod magis est dolendum,
a pessimis Christianis desolatam, multisque calamitatibus et misericordiis
attritam, intelligentes, et prefati Episcopi Johannis fidelitatem in-
tuentes, consilio predictorum Episcoporum libenter annuimus, atque
pretitulatam Ecclesiam cum suo Episcopo, suoque Clero, suisque
Libellariis et familis, sub nostra tutione precepimus, et omnia sua
queque justa moderamine confirmavimus. Precipientes et omnimodis
statuentes, ut nullus Dux, Comes, Vicecomes, Sculdasio, Decanus,
aut aliqua publice partis persona infra muros et fossatos pretitulare
Ecclesie, et prediu ejus atque Castellis et Curtibus, Titulis, Cellis
atque Plebibus, Placitum custodiat, aut aliud aliquod contra Pon-
tificem ejusdem Ecclesiae agat. Curaturam denique et teloneum,
quod injuste ad partem pubblicam exigebar de inframuris et Civi-
tate, ad prenominatam Ecclesiam pertinentibus, simul cum annuali
Mercato et Curatura, que dicitur Sancti Nazarii, prout boue memo-

rie Berengarius Imperator et predecessor noster eidem Ecclesie concessit et restituit, cum omni publica functione concedimus et confirmamus ipsi Sancto Cremonensi Ecclesiae. Piscariam quoque, sicut per Precepta eadem Ecclesia possidet, a loco scilicet, in quo Addua in Padum defluit, cum omnibus Insulis et Pollicinis in Padum existentibus, seu et Molendinio, atque Ripaticum usque ad Portum de Vulpariole, de eadem Ecclesia pertinente, simul cum terra posita infra eamdem Civitatem, que olim pertinuit de Curte juris Regni nostri, que dicitur sex-pilas ex integro, prout jam nominatus Berengarius Imperator eidem Ecclesie tribuit, concedimus, et per omnia ipsi Sancte Cremonensi Ecclesie confirmamus. Ad habendum, tenendum, et quicquid Episcopus ejusdem Civitatis, qui pro tempore fuerit, ad utilitatem ejusdem Ecclesie voluerit, faciendum. Sanctimus preterea et Regali nostra auctoritate decernimus, ut Libellarii et Manentes pretaxate Ecclesie, qui absque proprio sunt, et proprium non habent, Placitum non celebrant publicum. Et si aliqua fuerit hora contentio, et adclamati fuerint, volumus, et determinamus, ut cum Episcopo sepe dicte Ecclesie, aut cum suo Misso ad Placitum pergent, et legem faciant atque recipient omni mala et publica occasione sopita, penitusque remota. Interea precipiendo precipimus, ut quicquid telonei aut curature exigi possit a negotiatoribus, eandem Civitatem adeuntibus, nemo publicus Ministerialis exinde se intermitat, aut inventa occasione aliud aliquid infra aut extra muros tollat, set pars prenominate Ecclesie eandem curatram et teloneum, per hanc nostram auctoritatem et concessionem, extra et infra muros ejusdem Civitatis ad partem pretaxati Episcopii tollat et vindicet absque tocius potestatis contradictione. Denique negotiatores ejusdem Civitatis insidiouse contra prefatam Ecclesiam agere temptantes, si voluerint Portum predicte Ecclesie dissolvere, et diabolica suassione in alia aliqua parte transmutare, divino amore succensi funditus hoc contradicimus: sed sicut jam nominatus Johannes Episcopus eandem Ecclesiam de eodem Portu investitam invenit, ita usque in perpetuum presenti deliberatione teneat et possideat: et quoscumque et quantoscumque in ibi Episcopus, qui pro tempore fuerit, advenire et mercari cum qualicumque negotio absque omni contradictione recipiat, et negotiari dimittat, salvo et non temerato jure sue Ecclesie. Si quis igitur hoc nostre concessionis et confirmationis preceptum infringere temptaverit, sciat se compositurum auri

optimi libras Centum, medietatem Camere nostre, et medietatem predicte Ecclesie suisque Pontificibus. Quod ut verius credatur et diligentius obseretur, manu propria roborantes, et anulo nostro subter jussimus insigniri.

Signum (✠) Domini Rodulfi incliti Regis.

Manno Cancellarius ad vicem Beati Episcopi et Archicancellarii recognovi.

Data V. Kalendas Octobris, anno Dominice Incarnationis DCCCCXXIII. Domni vero Rodulfi serenissimi Regis in Burgundia XV. In Italia III. Indictione XIII.

Actum in pratis de Grannis in Christi nomine feliciter. Amen.

Ex libro Muratorii Antiquitates Italicae Medii Aevi tom. VI.

pag. 49.

Vid. Monum. XI. pag. 44. lin. 16.

MONUMENTVM XI.

In eo continetur commutatio quatuor camporum, quos sibi invicem cedunt Dominus Dagibertus Episcopus Cremonensis, et Stephanus quidam sub Lotario Imperatore, anno ejus Imperii XVIII.

Campi Episcopi Dagiberti et juris Episcopatus jacebant in Vallarsuda Campi vero Stephani positi erant in Vico Anteniate atque haec commutatio facta est formulis et conditionibus quæ tunc temporis in usu erant, et previa estimatione trium hominum, qui in communione erant timenter Deum.

Ex libro privilegiorum Episcopii Cremonensis pag. 138. et 139.

Sequitur autem alias contractus commutationis de aliis Campus inter eundem Dagibertum Episcopum et Magisfredum habitatorem Vici Anteniatensis de quibusdam Campus sitis in prefato Vico factum sub anno Regni Lotarii Dei gratia Regis Anno ejus nono decimo mense Februario.

Ex eodem libro Privileg. Episcopii Cremonens. pag. 137.

Vide Monum. XI. pag. 46. lin. 14.

MONUMENTVM XII.

Otto I. Imperator Olderic Cremonensi Praesuli ejusque Ecclesiae, privilegia et jura confirmat, anno 973.

In nomine Sancte et individue Trinitatis.

Otto Dei favente pietate Imperator Augustus. Si locis etc. noverit

universitas, Oldericum venerabilem Sancte Cremonensis Ecclesie Antistitem, obtenu Adeleid nostre conjugis et Consortis nostri Imperii, celitudinis nostre clementiam adiisse, humiliter postulans, quatinus pro Dei amore, nostrique Imperii salute, nostra imperiali auctoritate precepta a Decessoribus nostris, scilicet Karolo, atque Iodovico, nec non et Berengario magnisici Imperatoribus, sue Ecclesie concessa confirmaremus. Cujus dignis petitionibus annuentes, prout juste et legaliter possumus, concedimus atque per hujus nostre auctoritatis paginam confirmamus et corroboramus eidem Sancto Cremonensi Ecclesie quicquid curature, telonei, aut portatici aliquo ingenio de iam fata Cremonensi Civitate ab pubblicam functionem pertinuit, tam de parte ipsius Civitatis Comitatus, quam de parte Curtis sex pilas, nec non ripam cum menibus et turribus ipsius Civitatis, seu etiam omnia, que a jam dictis antecessoribus nostris Ecclesie ipsius Episcopatus precepto donationis et confirmationis sunt concessa, nominative circa Civitatem uideque per quinque milliariorum spatia. Eo videlicet ordine, quo ipse Odelricus venerabilis Episcopus, siue successores per hoc nostrum praeematicon tam nostris quam nostrorum successorum temporibus universa, que pretaxate Ecclesie sive per precepta, sive per scriptiones alias, seu quoquo modo devenerunt, de quibus nunc investita dinoscitur, ad communem utilitatem ejusdem Ecclesiae et Fratrum, quiete ac pacifice teneant, firmiterque possident, omnium Sancte Dei Ecclesie fidelium remota contrarietate. Statuimus etiam per hanc nostram Imperialem iussionem, quod si precepta, alieque Scriptiones ipsius Ecclesie incendio, latrociniu, sive qualibet ingenio alio sublata fuerint, si Advocatus Episcopi cum tribus Sacramentalibus, quod hac ratione eas amisisse ausus fuerit affirmare, ita illum licead per hoc nostrum preceptum defendere, tamquam si ipsas scriptiones presentialiter haberet. Si quis igitur etc.

Signum (✠) Domni Ottonis Imperatoris serenissimi Augusti.

Petrus Cancellarius ad vicem Huberti Episcopi et Archicancellarii recognovi.

Datum V. kalendas Aprilis, anno Dominice Incarnationis DCC-CCLXXIII. Indictione I. Imperii Domni Ottonis XII. item Ottonis VI. Actum Quintileburg, feliciter.

Ex libro Muratorii Antiquitates Italicae medii Aevi tom. VI. pag. 52.

Vide Monum. XII. pag. 57. lin. ultima.

MONUMENTVM XIII.

In quo Oldericus Cremonensis Episcopus in placito Cremonensi ab Adelelmo, qui et Azo, Missu Arduini Regis, impetrat Bannum Regium pro tutela quarundam terrarum sui Episcopatus, anno 1004.

Dum in Dei nomine, Civitate Cremona, in laubia majore domus Episcopii ipius Civitatis, per data licentia Domni Oldericici Episcopi, in judicio resideret Adelelmus, qui et Azo, Missus Domni Arduini Regis, singulorum omnium justicias faciendas ac deliberandas, residens cum eo Adelbertus, Andreas, Johannes, item Adelbertus, Dominicus, Judices Sacri Palacii, Amizo, Adelricus, Walbertus, Bonizo et reliqui plures. Ibique eorum veniens presencia Rolandus Avocatus ipsius Episcopio retulit: Abeo et teneo ad parte jam dicto Episcopio proprietatem petias duo... de terra, quas esse videntur prima in loco Piciningo, hoc est pro mensura justa jugias decem et octo. Coeret ei ad seras, a mane, a meridie Sancti Silvestri. Secunda in loco Landacisca, et per mensura justa jugias sedecim. Coeret ei a mane via communis Sancte marie. Tertia ibi prope est per mensura justa jugias sex. Coeret ei da trex partes terra ipsius Episcopio. Quarta est in Mutidelle pro mensura justa jugia quin.... Coeret ei da omnes partes terra eidem Episcopio. Quinta in dardi Casale est per mensura justa jugias quadragiinta. Coeret ei da omnes partes prenominato Episcopio. Sexta in Visidanelli, est per mensura justa jugias trex. Coeret ei da duabus partibus prefato Episcopio. Septima in eodem loco ibi prope est per mensura justa jugias duas. Coeret ei da duabus partibus eidem Episcopio. Octava ibi non multo longe est per mensura justa jugias septem. Coeret ei da duabus partibus jam dicto Episcopio. Nona in eodem loco, que est per mensura justa jugas sex. Coeret ei ad Sera Sancte Marie. Decima in Silva Bonella, et est per mensura justa jugias sex. Coeret ei da duabus partibus eidem Ecclesie. Undecima ibi non longe, que est per mensura justa juges novem. Coeret da duabus partibus prefacte Ecclesie. Duodecima in Fatiximago, et est pro mensura justa juges octo. Coeret ei ad sera prefacte Ecclesie, sibique alii sunt in iis omnibus coerentes. Et si quislibet omo exinde aliquit dicere volt, paratus sum cum eo da parte jam dicti Episcopii inde ad rationem standum, ac legitime finiendo. Et quod plus est, quero, ut vos Dominus Adelelmus Missus pro Dei amore, et anime Domini Arduini Regis mercedem, Bannum da pars

Regi mittatis, ut nullus Omo de predictis rebus prenominato Episcopio sine legali judicio disvestire audeat. Cum ipse Avocatus taliter retulisset, tunc ipse Adelelmus pro Dei amore et anime Domini Regi Banum da parte ejus misit in Mancosus auri mille, ut nullus omo prenominato Episcopio de predictis petias de terra sine legali judicio devestire audeat. Qui vero fecerit, predictos mille Mancosos se compositurn agnoscat, medietate parti Camere Domini Regis, et medietatem parti ejusdem Episcopio. Et anc noticia pro securitate.

Ego Adam Notarius Sacri Palacii ad jussione prefato missio, et Judicium amonitionis scripsi.

Factum est hoc Anno Regni Domni Arduini Regis, Deo proprio, Tercio, V. kalendas Marcii, Indictione secunda.

Adelelmus Missus subscripti.

Adelbertus Judex Sacri Palatii interfuit.

Andreas Judex Sacri Palatii interfuit.

Johannes Judex Sacri Palatii interfuit.

Dominicus Judex Sacri Palatii interfui.

*Ex libro Muratorii Antiquitates Italicae Medii Aevi tom. II.
pag. 965.*

Vide Monum. XIII. pag. 58. linea postrema.

MONUMENTVM XIV.

Privilegium quo interventu Cunegundis Consortis Henrici Imperatoris conceduntur, et confirmantur omnia privilegia jam concessa a predecessoribus intra spatum quinque milliariorum in favorem Ecclesie Cremonensis.

In nomine Sancte et Indivikue Trinitatis
Henricus divina favente Clementis Francorum et Longobardorum Rex.

Cum nostrum est Ecclesiarum Dei curam sollicito gerere et in cunctis utilitatibus eisdem vigilantius subvenire. Modis quibus possumus hujusmodi semper volumus et optamus precipue officio desudare. Quia propter notum sit omnibus nostris fidelibus presentibus et futuris. Nos caritate Dei et dilecte regni nostri consortis Cunigunde gratissimo interventu. Queque preceptaque ab antecessoribus nostris maxime primo, secundo et tertio Sanctissimis et Invictissimis Augustis Ottonibus Ecclesie Cremonensi largitate concessa et confirmata sunt cum omnibus que continentur in illis cum ripa videlicet et curatura Teloaeo et districione ejusdem Civitatis infra et

extra per quinque miliariorum spacia nostri precepti auctoritate concedendo prefate Ecclesiz donasse confirmasse et roborasse. Ea vide-
licet ratione ut nullus Dux , Marchio , Archiepiscopus , Episcopus ,
Comes , Vicecomes , Sculdaio aut aliqua magna sive parva Persona
cujuscumque ordinis supradicte Ecclesiae de praedictis omnibus
aliquam molestiam aut violentiam inferre præsumat . Si quis vero
quod non credimus hujus nostri præcepti donationis , et confirmationis
temerarius violator exiterit sciat se compositurum auri optimi libras
centum medietatem Camereae nostrae et praedictæ Ecclesiae Episcopo
suisque successoribus medietatem . Quod ut verius creditur manu
propria roborantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri .

Signum Domini Henrici
Invictissimi Regis Egubertus
vwilligisi Archiepiscopi et
recognovi .



Serenissimi et
Cancellarius Vice
Archicancellarii

Dat. VII. Idus Octubris Indict. II. anno ab incarnatione Domini
MIV. anno vero Domini Henrici Secundi Regis III. Actum Magid-
burgo etc.



Ego Raimundus Notarius hujus exempli autenticum vidi
et scripsi et superscripsi .



Ego Girardus Not. hujus exempli autenticum vidi et legi et
fideliter exemplavi .

*Ex libro Privilegiorum Pag. 3a.
Vide Monum. XIV. Pag. 59. lin. 23.*

MONUMENTVM XV.

*Diploma Conradi Imp., quo confirmatur Vbaldo Episcopo Cremonen.
jus patronatus in quinque Millia Territorii Cremonensis, et conce-
ditur facultas possidendi omnia bona conjuratorum contra Ecclesiam
Cremonensem, et Romanorum Imperatorem ec.*

In nomine Sancte et individue Trinitatis.

Conradus divina favente clementia Romanorum Imperator Aug.
Si Sanctarum Dei Ecclesiarum earumque Pastorum miseriis et infor-
tunii compati, et aliqua munera, per quae sublimari debeant, eis
impertire studierimus, Imperii nostri statum roborari, et in pro-
vectum ampliari, et insuper praemium uobis aeterne vitae impendi
minime ambigimus. In veritate namque comperimus quod Cremo-
nenses Cives contra Sanctam Cremonensem Ecclesiam eorum spiri-
tualem matrem et dominam, ac contra Landulfum bonae memoriae,
ejusdem Sedis Episcopum eorum Spiritualem patrem et dominum ita
conspirassent et conjurassent, ut eum cum gravi ignominia ac dede-
core de Civitate ejecissent, et bonis suis expoliassent, et terram unam
Castro cum duplice muro et turribus septem circumdatam funditus
eruisserint, et famulos qui intererant ut mortem evadere possent, cum
quibusdam fidelibus Catholicis venales fecissent, et omnia que habe-
bant, eis tulissent, eorum domos optimas destruxissent, et Civitatem
veterem a fundamentis obruisserint, et aliam majorem contra nostri
honoris statum edificassent, ut nobis resisterent, cum non solum
divinae sed et mundane leges ita conjurantes et conspirantes disponi-
rant, quatenus non tantum exterioribus bonis, sed etiam ipsa vita
eos privari jubeant, quia vero in ipsa conjuratione manentes, eamque
obstinato animo observantes Hubaldum praedictae S. Cremonensis
Ecclesiae Episcopum ita insequuntur ut ei districtum suum tollant,
et fictum de Molendinis, et de navibus Cesusun solitum et pensiones
de dominibus quas sine ejus investitura minime persolvant, et terras
Ecclesiae... et eorum parentes implacito refutaverant, et per aliquas
inscriptions ipsi et ipsorum parentes desiderauit invasam, et super
ministeriales suos, ut eos occidant et super ipsum seniorem suum,
et Monacos et Clericos suos de manibus tollendo assaultum faciant, et
Sylvas radicibus ebellant, et nullam potestatem extra portam uiae
domus eum habere consentiauit, uostra Imperialis Majestas suffere
recusat. Qua propter omnibus S. Dei Ecclesiae fidelibus praesentibus
scilicet ac futuris notum esse volumus, quod ad eorum comprimendam

audaciam, et tanti mali consuetudinem extirpandam, et ad miseriam Ecclesiae misericorditer subleyandam, omnia praedia Civium Cremonensium liberorum conjuratorum et conspirantium quae habere videtur tam in Civitate; seu in ipsius Civitatis suburbio, quam in circuitu prætaxate Civitatis per quinque milliariorum spatium, S. Cremonensis Ecclesiae, per hujus nostri præcepti paginam proprietario jure habenda et detinenda concedimus et in jus ac dominium prænoniuate Ecclesiae nostra Imperiali auctoritate transfundimus ea videlicet ratione, ut tam præfatus Hubaldus Episcopus quam successores sui de conjuratorum prædiis quidquid eis recte visum fuerit ad utilitatem Ecclesiae perpetualiter faciant, insuper et Imperiali censura jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, Sculdatio, seu magna parvaque Regni nostri persona de conjuratorum omnium prædiis S. Cremonensis Ecclesiae atque Hubaldum ipsius Sedis Antistitem ejusque successors divestire, aut inquietare alio ingenio, aut occasione præsumat. Si quis vero, quod futurum esse minime credimus hujus nostri præcepti temerarius violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi libras quinquaginta, medietatem Camereae nostrae, medietatem Ecclesiae, ejusque rectori cui injuria iulata fuerit. Quod ut verius credatur diligentiusque ab omnibus observetur, hujus nostri præcepti paginam fieri decrevimus, et manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri jussimus.

Ego Raidmundus Not. hujus exempli exemplar vidi.

Ego Girardus Notarius hujus exempli exemplar vidi et legi et sententia non mutata fideliter exemplavi.

Ex libro Zachariae pag. 95.

Vide Monum. XV. pag. 61. lin. 7.

MONUMENTVM XVI.

Epistola ad Cremonenses de damnis reficiendis, et de Silvis Episcopii non incidentis.

Huonradus Gratia Dei Romanorum Imperator Augustus omnibus Civibus Cremonensibus salutem. Volumus et firmiter jubemus ut pecuniam quam promisisti vestro seniori Episcopo pro schacco et incendio et preda quam fecisti super illius castella adimpleatis si de nostra gratia curatis. Terram vero Ecclesie sicut Landulfus Episcopus tempore Domini Imperatoris Henrici tenuit volumus ut iste vester senior similiter quiete teneat. De silvis autem Ecclesie que in cir-

cuitu sunt unde illi cottidie contrarium facitis et utimini contra ejus voluntatem. Jubemus ut non vos amplius intromittatis. Si tales censum ei non dederitis sicut Mediolanum et Papia atque Placentia. Osbertum neque illius pares contra voluntatem vestri senioris nullo modo teneatis, si unquam nostram gratiam habere cupitis, homicidas et latrones qui infra Civitatem sunt de quibus Episcopus legem et justitiam facere vult per rectam fidem ante presentiam ejus conductatis et eos legaliter judicare Episcopum adjuvetis.



Ego Ramundus Not. hujus exempli autenticum vidi et hoc subscripsi.



Ego Girardus Not. hujus exempli autenticum vidi et legi et fideliter exemplavi.

Ex libro Privileg. Episcopii Cremon. Pag. 37.

Vide Monum. XVI. Pag. 61. lin. 14.

MONUMENTVM XVII.

Privilegium de regalibus quod spectat ad Hubaldum, non autem ad Landolphum, ut falso censuit Cl. Zacharias anni XXXI.

In nomine Sancte et individue trinitatis Chuonradus divina favente Clementia Romanorum Imperat. Augustus. Si Sancta et venerabilia loca tueri ac sublimare studuerimus procul dubio imperium nostrum stabiliri eterneq. beatitudinio premium promereri credimus quo circa omnium Sancte Dei Ecclesie fidelium nostrorumque presentium scilicet ac futurorum noverit universitas Hubaldum venerabilem Sancte Cremonensis Ecclesie antiquitatem obuentu dilecte Imperii nostri consortis Gisle Imperatricis gratissimo celsitudinis nostre clementiam obnixe humiliterque postulasse quatinus pro Dei amore nostrique Imperii salute nostra Imperiali auctoritate precepta a decessoribus nostris regibus atq. Imperatoribus maxime Berengario Roldulfo nec non dive memorie Ottonibus ac henrico magnificis Imperatorib. Augustis. sue Ecclesie concessa confirmaremus ac roboraremus. Cujus dignis petitionib. annuentes pro ut juste et legaliter possumus concedim. atque per hujus nostre auctoritatis paginam confirmam. et

corroboram. eidem Sancte Cremonensi Ecclesie quidquid curature tolonei atq. portatici seu ripatici aliquo ingenio. De jam fata Cremonensi Civitate ad publicam functionem pertinuit tam de parte ipsius Civitatis Comitatus quam de parte cortis sex pilas nec non ripas et piscarias auulpariolo usq. ad caput addue cum molendinii et molatura eorum scilicet per unum quemque molendinum grani modios Cremonenses quinque atque cum uniuscuiusque navis solito censu per unaquamquamque navim videlicet salis orales quatuor sicut continetur in noticiis ante presentiam Cessonis Diaconi, et Domini Ottonis Imperatoris missi: et Ileriberti Cancellarii Cremonae in placo residuum factis et auctoritate ac jussione prelibati Domini Ottonis Imperatoris legaliter roboratis et palisciē denarii quatuor seu cum per solutionem omnium navium Cremonam adeuntium tam veneticorum quam ceterorum navium et cum curature omnium negotiorum que fuerit in predicta ripa tam ab incolis Civitatis quam ab aliis aliunde ad negotium venientib. seu cum omnibus Ecclesie rectitudinibus ac consuetudinibus distinctionem vero Civitatis intus et extra per quinque miliariorum spatia seu et omnia que a jandictis antecessorib. nostris Ecclesie ipsius Episcopatus precepto donationis et confirmationis sunt concessa condonantes roboram. Eo videlicet ordine quo ipse Hubaldus venerabilis Episcopus suique successores per hoc nostrum preceptum tam nostris quam nostrorum successorum temporibus universa que pretaxate Ecclesie sive per precepta sive per scriptiones alias seu quoquo modo devenerint de quibus nunc presentaliter dignoscitur investita quiete et pacifice teneant firmiterque possideant omnium mortallum remota contrarietate: Statuentes insuper jubemus ut nullus publice regie aut Imperialis partis procurator seu magna parva regni nostri persona infra muros prenominate Civitatis vel extra per quinque miliariorum spatia ut diximus aliquam potestatem habeat de libellariis atque manentibus predicte Ecclesie curarum vel teloneum sive angariam aliquam tollere, nisi ad utilitatem Ecclesie prenomioate et proprii Episcopi ejusque fidelium permissione. Nemo etiam Comes, Vicecomes, Sculdasio, Gastaldo, Decanus pubblice et Imperialis aut regie partis infra muros Cremonenses vel foris circa civitatem, ut diximus per quinque miliariorum spatia placitum teneat aut mansionaticum faciat absque voluntate ei permissione jam dicti Episcopi successorumque suorum. Statuimus preterea per hanc nostram imperialem jussionem quo si precepta aut judicata.

sive commutations vel scriptiones ipsius Ecclesie incendio, latrocino sive quolibet ingenio alio sublata fuerint. Si advocatus Episcopi cum trib. sacramentalib. quod hac ratione eas ammisisset ausus fuerit affirmare ita illum licet per hoc nostrum preceptum defendere et querere: tamquam si ipsas scriptiones presentaliter haberet. Si quis igitur hujus nostri precepti temerarius violator extiterit, sciat se compositurum auri optimi libras centum medietatem Camere nostre et medietatem eidem *Hubaldo* venerabili Episcopo suisque successoribus. Et buc hoc nostre Auctoritatis preceptum firmius habeatur versusque credatur manu propria roborantes sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum Dñi Chuonradi
Augusti. Bruno Cancel-
Magontini Archiepiscopi



Serenissimi Imperatoris
larius advicem. Arionis
et Archicanc. recognovi.

Dat. III. kal. Martii Anno Dñice Incarnationis Mill. XXX. primo
Indic. XIII. Anno autem Domini Chuonradi Secundi regnantis sexto
Imperii vero quarto Actum Goslare feliciter amen.



Ego Ramundus Notarius hujus exempli authenticum vidi
et hoc superscripsi.



Ego Girardus Not. hujus exempli authenticum vidi et legi et
fideliter exemplavi.

*Ex libro Privileg. Episcopii Cremon. Pag. 36.
Vid. Monum. XVII. Pag. 62. lin. 6.*

MONUMENTVM XVIII.

Privilegium de regalibus, in quo confirmantur a Conrado omnia privilegia, bona, et possessiones ad Ecclesiam Cremonensem spectantia anni MXXX.

In nomine Sanctæ et individue Trinitatis Chonradus divina fa-
wente Clementia Romanorum Imperator Augustus. Si Sancta et vene-

rabilia loca tueri ac sublimare studuerimus proculdubio imperium nostrum stabiliri. eterneque beatitudinis premium promereri credimus quo circa omnium Sancte Dei Ecclesie fidelium nostrorumque presentium scilicet ac futurorum noverit universitas Landulfum venerabilem Sancte Cremonensis Ecclesie antistitem obtenuit dilecte Imperii nostri consortis Gisle Imperatricis gratissimo celsitudinis nostre clementiam obnixe humiliterque postulasse quatenus pro Dei amore nostrique Imperii, salute nostra Imperiali auctoritate precepta addecessoribus nostris regibus atque Imperatoribus maxime Berrangario Rodulfo nec non dive memorie Ottonibus Henrico, magnificis Imperatoribus. augustis sue Ecclesie concessa confirmaremus ac roboremus. cuius dignis petitionibus auerentes prout juste et legaliter possumus. concedimus. atque per uetus nostre auctoritatis paginam confirmamus et corroboramus eidem Sancte Cremonensi Ecclesie quid quid curatura telonei atque portatrici seu ripatici aliquo ingenio de jam fata, Cremonensi Civitate ad publicam functionem pertinuit tam de parte ipsius Civitatis Comitatus quam de parte Cortis sex pilas nec non. ripas et piscarias aulpariolo usque in capite Addue cum Molendini et molatura eorum et portibus, atque cum uniuersu quoque navis solito censu et palificte Domini nostri seu cum per solutionem omnium navium Cremonam adeontium tam de veneticorum quam ceterorum. navium distinctionem vero civitatis infra et extra per quinque miliariorum spatia seu et omnia que a jadis antecessoribus nostris Ecclesie ipsius Episcopatus precepto donationis et confirmationis sunt concessa condonantes roboramus eo videlicet ordine quo ipse Landulfus venit. Episcopus suique successores per hoc nostrum pragmaticon tam nostris quam nostrorum successorum temporibus universa, que pretaxate Ecclesie sive per precepta sive per scriptiones aliqua seu quoquomodo devenerint de quibus nunc presentaliter investita dinoicitur. quiete et pacifice teneant. firmiter. possideant. omnium mortalium remota contrarietate. Statuentes insuper jubemus ut nullus. publice Regie aut Imperiali potestatis procurator. seu magna parvaque regni nostri persona infra muros prenominate Civitatis vel extra per V. miliariorum spacia ut diximus aliqua habeat potestatem. de libellariis atque manentibus predice Ecclesie curaturam vel teloneum sive angariam aliqua tollere nisi ad utilitatem Ecclesie prenominate. et ipsius Episcopi ejusque fidelium permissionem. Nemo et comes Vicecomes Sculdasio Gastaldo decano publice.

et imperiali aut regie partis infra muros Cremonenses vel foris circa Civitatem ut diximus per V. miliaria placitum teneat aut mansionaticum faciat absque voluntate et permissione jam dicti Episcopi successorumque suorum statuimus preterea per hanc nostram Imperialem jussionem quod si precepta aut judicata sive commutationes vel scriptiones ipsius Ecclesie incendio latrocino sive qualibet ingenio alio sublata fuerint. Si advocatus Episcopi cum tribus sacramentalibus quod hac ratione eas amisisset ausus fuerit, affirmare ita illum licet per hoc nostrum preceptum defendere et querere tamquam si ipsas scriptiones presentaliter haberet. Si quis igitur hujus nostri praecepti temerarius violator extiterit: sciat se compositurum auri optimi libras centum medietatem Camere nostre et medietatem eidem Landulfo venerabili Episcopo suisq. successorib. Et ut uetus nostre auctoritatibus preceptum firmius habeatur veriusque credatur manu propria roborante sigilli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum Domini Chuan-
toris. Augusti — Bruno
bonis Magontini Archie-
recognovi.



radi Serenissimi Impera-
Cancellarius Advicem Ari-
piscopi et Archicancellarii

Dat. anuo Domiae Incarnationis Mill. XXX. XV. kal. Aprilis
Indict. XLII. Anno vero Chuanradi secundi regnantis VI. Imperium
III. ejusdem Impris filii Henrici Regis an. II. Act. Basilee feliciter.



Ego Girardus Not. hujus exempli autenticum vidi et legi et
fideliter exemplavi.



Ego Ramundus Not. hujus exempli autenticum vidi et
hoc scripsi et subscripsi.

*Ex libro Privileg. Episcopii Cremonen. Pag. 34.
Vide Monum. XVIII. Pag. 62. lin. 20.*

MONUMENTVM XIX.

Henricus II. Imperator Cremonensi Ecclesie restituenda decernit eidem ablata a Gerardo nepote Heriberti Archiepiscopi Mediolanensis circa annum 1046.

In Nomine Domini Dei eterni.

Henricus divina favente clementia Imperator Augustus.

Si Sanctarum Dei Ecclesiarum Pastoribus ea, que digne a nostris fidelibus apud nostram majestatem postulantur, impendimus, id ad eternae remuneracionis meritum nobis proficere non dubitamus. Quo circa omnium fidelium Sancte Dei Ecclesie, nostrorumque, presentium scilicet ac futurorum noverit industria, eo quod Hubaldus venerabilis Sancte Cremonensis Ecclesie Episcopus, dilectusque fidelis noster, per Dominum Herimanum reverentissimum Coloniensem Archiepiscopum, et dulcissimum Consobrinum nostrum, nostre Regie humiliiter retulit potestati, qualiter suam Ecclesiam pene dessolataam, multisque calamitatibus et miseriis invenisse attritam. Imperatoris namque dive memorie Chuonradi Imperatoris Augusti genitoris nostri tempore Dominus Landulfus prenominate Ecclesie et partiomani Imperii per omnia semper fidelissimus, gravi infirmitate corruptus, in ipsa infirmitate longa protraxit vitam. In cuius longa egritudine sua Ecclesia non modicam passa est jacturam, maxime a Girardo Heriberti Mediolanensis Archiepiscopi nepote, qui audacia patrui sui, qui omne Regnum Italicum ad suum disponebat nutum, superbe levatus, quicquid sibi placitum erat justum aut injustum, potestate operabatur in Regno. Invasit itaque Cortem et Plebem de Arciaco contra voluntatem, et sine permissione multum diuque egrotantis Episcopi. Qui cum liquisset insima, et migrasset ad superos, successus ei Hubaldus Episcopus, noster in omnibus fidelissimus. Qui cum necesse esset, ad Episcopalem consecrationem accedere, ab Archiepiscopo ut consecraretur impetrare nequaquam valuit, nisi Plebem et Cortem, quam injuste et potestate invaserat, Nepoti suo concederet. Cumque in longum pro hac intentione ejus protelaretur consecratio, non sponte sed coacte concessit, quod petierat, Consecrationem non aliter consecutus. Quia vero multum moleste ferebat, quod inde fecerat, apud Genitoris nostri excellentiam multociens conquestus est se hoc sponte non fecisse. Cui cum predictam Cortem et Plebem restituere vellet, sepe et sepissime per suas litteras illi mandatum est, ut eas ad partem Episcopii habendas relinqueret.

Quod numquam impetrare valuit, sed diabolico instinctu, cui a cunabulis, sicut omnibus tam Italicis quam Teutonicis patet, deseruerat, ejus legationem vilipendens, superius dicta detinuit, et alia multo majora ad Genitoris dedecus et vilitatem, invadere non formidavit, scilicet Plebem de Misiano cum omni integritate sua, et Decimam de Castro Aganello ad predictam Plebem de Arciaco pertinentem, et Decimam de Mauringo, ad Plebem de Fornovo attinentem, nec non et medietatem de Castro Cortegano, ad Abbatiam Sancti Laurentii pertinentem. Eo autem in Regno veniente cum compriisset, quod Archiepiscopus violata fidelitate, quam illi fecerat, Regnum sibi invasere moliretur Girardo instigante et ei omnino suffragante, omnia predicta, sicut reo Majestatis et proscriptio digne, juste ei abstulit, et Episcopo restituit. Set Genitore nostro de Regno recedente, iterum omnia invadere non timuit, spreta ejus reverentia et timore. Nos vero Episcopatus diminutioni et miserie condolentes, et paternum dedecus considerantes, hec omnia Episcopio eternaliter habenda concedimus, et insuper per Precepti nostri auctoritatem retinenda instituimus; ea videlicet ratione, ut nullus Archiepiscopus, Episcops, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, seu magna parva Regni nostri persona, Ecclesiam eandem disvestire audeat. Si quis vero etc.

(+) Ego Ramundus Notarius hujus exomli exemplar vidi et legi.

*Ex libro Muratoris Antiquitates Italicae Medii Aevi Tom. VI.
pag. 217.*

(+) Deest subscriptio Imperatoris, et Cancellarii Imperialis: nec non et data anni, mensis et diei, ac aliorum de more.

Vide Monum. XIX. pag. 65. lin. 8.

MONUMENTVM XX.

Decretum Henrici Regis III., quo interdicit Walderico. Abbatii Monasterii Cremonensis Sancti Laurentii alienationem, et precarias bonorum ipsius Coenobii absque consensu Episcopi Cremonensis, anno 1040.

In nomine Sancte ed individue Trinitatis.

Henricus divina favente misericordia Francorum et Longobar-
dorum Rex. Si Sanctorum Dei Ecclesiarum. etc. Quapropter notum
sit omnibus nostris fidelibus tam presentibus quam futuris quod Vir
venerabilis Hubaldus Sancte Cremonensis Ecclesie Episcopus, et per

omnia Vir fidelissimus, modestie nostre retulit, quod quedam Abbatia, suo Episcopio subbita et in honore Sancti Laurenti dedicata, et infra Civitatem suam sita, a quodam Abbatore, Walderico nomine, diminueretur in beneficium dando, et malas inscriptiones faciendo, scilicet injustas precarias, commutations, ac libellarias: et hac occasione victualia fratrum subtrahebantur, et famulorum beneficia minuebantur: et sic orationes et helemosine, que pro anima illius, qui eam construxit, et pro animabus omnium Christianorum fieri debant, diminui videbantur. Cujus rei causa dolore cordis tacti intrinsecus, quod inde fieret, cogitare cepimus. Divina namque gratia inspirante, et dilectissimi nostri consanguinei Herimanni Coloniensis Archiepiscopi, atque Brunonis similiter nostri Karissimi Consobrini Werzeburgensis Episcopi, nec non Kadeloi Episcopi atque Cancellarii nostri, consilio saluberrimo interveniente, nostre Regalis Auctoritatis Preceptum, quod inviolabile perpetualiter teneatur, fieri precepimus. Ea videlicet ratione, ut tam presens Abbas, quam futuri nullam potestate deinceps habeant de rebus ad predictam Abbatiam pertinentibus diminuere, nec in beneficium dando, nec commutations seu precarias atque libellarias faciendo, sine licentia predicti Hubaldi Episcopi et successorum ejus, qui pro tempore fuerint. Si quis vero Abbas contra hanc nostram auctoritatem fecerit, irria et vacata et sine robore permaneant, et Abbas proprio honore et dignitate privetur, et illi, qui investituram aut aliquod scriptum suscipere presumpserit, sciant se composituros auri optimi libras centum, medietatem Camere nostre, et medietatem Abbaticie, cui dampnum inferre temptaverit. Quod ut verius credatur etc.

Signum Domni Henrici glorioissimi et invictissimi Regis.

Kadeolus Episcopus et Cancellarius, vice Domni Herimanni Archiepiscopi et Archicancellarii recognovi.

Datum XVI. kalendas Februario, Indictione VII. anno XL.
anno vero Domni Henrici Actum Auguste feliciter. Amen.

Ex libro Muratoris Antiquitates Italicae Medii Aevi tom. VI.

pag. 217.

Vide Monum. XX. pag. 66. lin. 15.

MONUMENTVM XXI.

*In quo Sermo habetur de Corte et Plebe Arciaca, quam injuste retinebat,
Gerardus Archiepiscopi Mediolanensis Nepos, quamque demum Hu-
baldus recuperavit.*

In nomine Dñi Dei eterni. Henricus divina favente Clementia Imperator Augustus. Si Sanctarum Dei Ecclesiarum pastoribus ea que digne a nostris fidelibus: apud nostram majestatem postulantur impendimus, id ad eterne remunerations meritum nobis proficere non dubitamus. Quo circa omnium fidelium Sancte Dei Ecclesie nostrorumque presentem scilicet ac futurorum noverit industria eo quod Hubaldus ven. Sanctæ Cremonensis Ecclesie Episcop. dilectusque fidelis noster per Dominum Herimannum reverentissimum Coloniensem Archiepiscopum et dulcissimum consobrinum nostrum nostræ regiæ humiliter retulit potestati qualiter suam Ecclesiam poene desolatam multisque calamitatibus et miseriis invenisset atritam tempore namque dive memorie Chuonradi Imperatoris Augusti genitoris nostri Dominus Landolhus prenominate Ecclesie et partiromani Imperii per omnia semper fidelissimus gravi infirmitate correptus in ipsa infirmitate longam prostraverit vitam in cuius longa egritudine sua Ecclesia non modica passa est jacturam maxime Agirardo Heriberti Mediolanensis Archiepiscopi nepote qui audacia patrui sui qui omne Regnum Italicum ad suum disponebat nutum. Superbe levatus quid quid sibi placitum erat justum aut injustum potestate operabatur in regno. Invasit itaque Cortem et plebem de Arciaco contra voluntatem et sine permissione multum diuque egrontantis Episcopi. Qui cum liquisset infirma et migrasset ad superos. Successit ei Hubaldus Episcopus noster in omnibus fidelissimus cui cum necesse esset ad Episcopalem consecrationem accedere ab Archiepiscopo ut consecraretur impetrare nequaquam valuit: nisi plebem et cormem quam injuste et potestate invaserat nepoti suo concederet cumque in longam pro hac intentione ejus protelaretur consecratio non sponte sed coactus concessit, quod petierat consecrationem non aliter consecutus quia vero multum moleste ferrebat quod inde fecerat apud genitoris nostri excellentiam multocies conquestus est se hoc sponte non fecisse. Cui cum praedictam cormem et plebem restituere vellet s̄æpe et sepiissime per suas litteras illi mandavit ut eas ad partem Episcopii habendas relinqueret. Quod nunquam impetrare valuit. Sed diabolico instinctu cui acunabulis sicut omnibus tam Italicis quam Teutonicis patet deserzierat

ejus legationem vilipendens superius dicta detinuit et alia multo magiora ad genitoris dedecus et vilitatem invadere non formidavit scilicet plebem de Misiano cum omni integritate sua et decimam de Castro Aganello ad praedictam plebem de Arciaco pertinentem et decimam de Mauringo ad plebem de Fornovo attinentem nec non et medietatem de Castro Cortegano ad Abbatiam Sancti Laurentii pertinentem. Eo autem in regno veniente eum comperisset quod Archiepiscopus violata fidelitate qua illi fecerat regnum sibi invasere moliretur Girardo instigante et ei omnino suffragante omni praedicta sicut reo majestatis et in proscriptione digno juste ei abstulit et Episcopo restituit. Set Genitore nostro de Regno recedente item omnia invadere non timuit spreta ejus reverentia et timore nos vero Episcopatus diminutioni et miserit condolentes et paternum dedecus considerantes hec omnia Episcopio eternaliter habenda concedimus et insuper per precepti, nostri auctoritatem retinenda instituimus ea videlicet ratione ut nullus Archiepiscopus, Episcopus, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes seu magna parvaque nostri regni persona. Ecclesiam inde disvestire audeat. Si quis vero quod futurum esse minime credimus hujus nostri praecepti temerarius violator extiterit aciat se compositurum auri optimi libras mille medietatem Camere nostre et praedictae Ecclesie Episcopo suisque successoribus medietatem quod ut verius credatur, et diligentius ab omnibus observetur, hanc praecepti nostri paginam illi fieri et manu propria inferius roborautes sigilli nostri impressione illud insigniri jussimus.



Ego Ramundus Notarius hujus exempli exemplar vidi et hoc subscripsi.



Ego Gyrardus Notarius hujus exempli exemplar vidi et legi et fideliter exemplavi.

*Ex libro Privileg. Episcopii Cremonens. pag. 40. ubi in fine ad marginem legitur: Datum anno Domini Mill. quadrag. secundo Muratorius tamen Antiquitatum Italcarum Disert. 72. pag. 217. ipsum refert diploma datum ab Henrico anno circit. 1046.
Vide Monum. XXI. pag. 67. lin. 15.*

MONUMENTVM XXII.

*Bulla Alexandri II. pro confirmatione Bonorum Episcopatus. Data anno
MLXVI. sub Vbaldo Episcopo.*

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei charissimo fratri Vbaldo Cremonensi Episcopo, suisque successoribus. Pastorali sollicitudine erga salutem Dominicarum Ovium, seu reparatione Bonorum Ecclesiarum vigilantibus tanto promptius Apostolice Auctoritatis protexione debemus providere quanto eos, ea que Jesu Christi constat, quae sua sunt querere. Vnde charissime frater, quia Religiouem tuam eorum magis Pontificum formam, qui laboris sui diligentia pauperes Ecclesias sibi comissas ditare studes per omnia imitari, quam eos qui delitiis et secularibus pompis Ecclesiasticas divitias in miserabilem redigunt paupertatem, juste petitioni tua assensum praebemus, et memores inconcuses fidelitatis tue erga Apostolicam sedem, ea que tue Ecclesiae sunt juste collata, seu in futurum conferenda, queque in precepto charissimi filii nostri Regis Henrici continentur, sub tutela S. Romane Ecclesiae suscipimus, et per uetus nostri privilegii paginam confirmamus tibi, tuisque successoribus. Hic autem jura et bona omnia recensentur per eadem verba, quae reperiuntur in superius citato Diplomate Henrici IV. pag. 68. sub n. 28. Statuentes insuper sub diviui Judicij obtestatione ut nullus Imperator, Rex, Dux, Marchio, Comes, Vicecomes, neque ulla magna, parvaque Persona de his omnibus quae supra leguntur praesumat aliquid malo studio auferre, seu te, tuosque successores inquietare. Quod si aliquis temerario ausu contra hujus nostri privilegii auctoritatem agere praesumerit, et post notitiam hujus auctoritatis emendare contempserit, Auctoritate Apostolorum Petri, et Pauli, omniumque Sanctorum sciat se usque ad dignam satisfactionem excommunicatum, et a Regno Dei alienum. At vero qui custos, et obseruator exiterit a misericordissimo Deo Omnipotente Domino nostro. Jesu xto. vitam consequatur aeternam.

Dat. Laterani tertio kal. Novembri per manus Petri S. Romanae Ecclesiae Subdiaconi ac Bibliotecarii. Anno septimo Pontificatus Dñi. Alexandri Papae II. ab Incarn. Dñi M.mo. sexagesimo sexto Ind. V.



Ego Girardus Not. hujus exempli autent. vidi et legi et fideliter exempl.

*Ex libro Privileg. Episcopi Cremon. pag. 77.
Vide Monum. XXII. pag. 68. lin. 23.*


MONUMENTVM XXIII.

In quo Arnulphus Episcopus Cremonensis investitit Wilielmum et Valdum Consobrinos de Districtu et Albergaria loci Anfacinghi, et de Ecclesia Sanctae Mariae inibi constructa, in annexa domo habitantibus, anno 1074.

In nomine Domini Dei eterni.

Die Martis quod est quinto decimo kal. Julii in loco Anfoningo praesentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur perfustem quem in sua manu tenebat Dominus Arnulfus Episcopus Sancte Cremonensis Ecclesiae investitit Wilielmum et Valdum Consobrino de Calugathe de districtio et albergaria houi. qui est habitatori in eodem loco Anfoningo antepono quos in mea reservo potestate ide est clerici qui ordinati sunt vel fuerunt in plebe Sancte genitricis Dei Marie constructa in eodem loco Anfoningo et qui habitant cum eis Clericis in una domo et si aliquis ex ipsis Clericis mortuus fuerit et aliis clericis in ea domo non fuerit et Wilielmus et Aldus habitat de hinc in antea districtum et Albegariam de ista domo in qua Clerici desistunt et si contingerit aliquis ex ipsis lagicis Clericus factus fuerit et ordinatus in predicta plebe in mea reservo potestate cum omnibus qui secum habitant in ea domo et si contingerit aliquis ex ipsis Clericis aliquid tenuerit a ipsis Consobrinis et offensionem fecerit de hoc quod tenuerit ab illis aut emdet rationabiliter aut demittat hoc quod de istorum Consobrinorum parte tenuerint sine contradictione Domini Arnulfi Episcopi suorum successorum factum est hoc unde duobrevi in uno tenore facti sunt anni ab incarnatione Domini nostri

jesu Christi Mill. septuagesimo quarto isto die Indict. XII. Enricus Comes Ribaldus de Casalebuttani, Antonius et Albert. de Trigolo, Algis. de Sorecina, Albert. de Catiniano, Asker de Barca, Otto de Tozingo, Ribaldus et Bado atque Garibaldus vicecomites, Osbert. de Zosano, Vngar. et Liprandus de Mastalingo, Bernardus de Sereniano, Auric. de Sormzona, Arlinbaldus de Bñethiglo, Redaldus de Fornovo, auprandus de Maxano, Albertus de Grogunzola, Rozo de Crema, Tegizo de Grogunzola, Lanfrancus filius Rozoni, Gisbertus de Martiingo, Albert. de Galmiano, reliquid plures ibi fuere.



Ego Girardus Not. hujus exemplar vidi et hoc scripsi
et superscripsi.

*Ex libro Privileg. Episcopii Cremonens. pag. 159.
Vide Monum. XXIII. pag. 74. lin. 16.*

MONUMENTVM XXIV.

In quo Henricus IV. Ecclesiam de Virada in honorem Sancti Petri constructam sub sua protectione, et Mundiburdio suscepit anno 1116. sub Waltero Episcopo.

Henricus divina favente clementia IV. Roman. Imperator Augustus.

Omnibus Sanctae Dei Ecclesie, et nostris fidelibus, tam futuris, quam praesentibus notum fieri volumus, qualiter nos interventu nostræ dilectæ Contestaldi Matildis Reginæ, et Episcoporum religiosorum Bernardi Parmensis Episcopi, Landulfi Astensis Episcopi, Victoris Bononiensis Episcopi, Sigefredi Vercellensis Episc. Epponis Novariensis Episc., nec non Venerab. Pontij Cluniacensis Abbatis, atque Dodouis Monachii fidelis nostri, et pro remedio animæ nostræ, nostrorumque parentum, Ecclesiam de Virada in honorem S. Petri constructam, sita in Episcopatu Cremonensi, sub nostra tutela, et Mandiburdio suscepimus, cum omnibus bonis suis adquisitis, vel aquirendis possessionibus mobilibus, et immobilibus, et utriusque sexus familiae, nec non alodijis, et praecarijs, libellarijs, et cum omni utilitate, quæ de his exire, vel provenire solent, ea videlicet conditione, ut nullus de hinc Archiepiscopus, Episcopus, Marchio, Comes, Vicecomes, Gastaldo, Scultator, Abbas, seu aliqua magna, vel par-

va persona prædictam Ecclesiam, vel fratres inibi Deo famulantes de suprascriptis bonis audeat, inquietare, molestare, vel diavestire. Si quis vero, quod absit, aliquo temerario ausu contra hoc ire tentaverit; auri optimi libras centum componat, medietatem Cameræ nostræ, et medietatem supradictæ Ecclesiae, vel fratribus ibidem Deo militantibus. Quod ut verius credatur ab omnibus inviolatum, et inconclusum permaneat, hanc chartam inde scriptam, et manu propria corroboratam, impressione nostri sigilli insigniri jussimus.

Bucardus Cancellarius, et Episcopus Monasteriensis recognovi 4. kalend. Junij indict. 9. anno Dominicæ incarnationis 1116. regnante Henrico quarto Rege Roman. anno II. Imper. vero illius 6. Actum est Fontanae in Christo feliciter. Amen.

Ex libro Vghellii Italia Sacra, tom. 4. pag. 599.

Vide monum. XXIV. pag. 79. lin. 5.

MONUMENTVM XXV.

Instrumentum Oberti Episcopi pro Reliquiis S. Gregorii, et ejusdem Ecclesiae sub anno Dominicæ Incarn. 1162.

Dicitur Veneris quinto kalendas Maij in Civitate Cremonae Dominus Obertus Cremonensis Episcopus declaravit Corpus, et Reliquias B. Gregorii Martiris, et Possessioves, et bona ad ipsius Ecclesiam spectantia, itemque Ecclesiam S. Michaelis sitam in Burgo ipsius Civitatis, et bona et possessiones pariter ad ipsam spectantes ad solum Episcopum pertinere. Ordinavit insuper quod Corpus et reliquiae dicti S. Gregorii reponerentur in dictam Ecclesiam S. Michaelis a qua exinde neque per ipsum, neque per quoscumque alibi transferri ullo modo possent. Iusuper univit Ecclesiam, et bona S. Michaelis, et S. Gregorii, ibique Canonicanam constituit, enjus Praepositum nominavit Othonem Praesbyterum; eundemque simul ac Canonicos praesentes, et futuros suae, et successorum suorum jurisdictioni subjicit; itaut dictæ Ecclesiae præficerentur absque consiglio, et interventu Canonicorum majoris S. Ecclesiae Cremonensis, nec aliquis de ipsa majori Ecclesia in ipsa ordinatione sit, nec vocetur; in dicta maledictione Domini, et anathemate super eos, qui hanc ordinationem infringere, vel violare tentaverint. Hoc autem factum est anno Dominicæ Incarn. 1162. Indict. X. insuper etiam prædictus Dominus Episcopus investivit Dominum Othonem Praesbyterum Ecclesiae S. Michaelis, et S. Gregorii de suprascripto Corpore, et Reliquiis S. Gregorii,

et de bonis, et possessionibus utriusque Ecclesiae S. Michaelis et Gregorii.

Hoc Instrum. alias rogatum a Joanne Alia extractum fuit de Mandato Guillielmi de Goghis Archypresbiteri Plebis S. Andreae, et Vicarii Veñdi Patris Dñi Aegidii Episcopi Cremonensis Anno Incarn. 1317. Indict. XV. die quinta Maii.

Ex Bonafossae libro monument. in fine pag. 94 et seq. n. 19.

Vide Monum. XXV. pag. 80. lin. 24.

MONUMENTVM XXVI.

In quo Presbyter Episcopus Cremonensis convocato in Curia suorum Vassallorum parlamento, tulit sententiam contra Rogerium negantem se possidere Bona Brixianori, anno MCLXII.

Dominus Presbiter electus Episcopus Cremoneensis convocato in sua Curia suorum Vassallorum parlamento Sententiam tulit contra Rogerium de Brixianoro, qui negabat se possidere bona Brixianori titulo Feudi. Cum autem per depositionem testium probatum fuerit ipsum Rogerium a predecessor Oberto Episcopo alias vocatum, et citatum fuisse ad rationem faciendam pro dictorum bonorum possessione, eamdemque de facto fecisse, exinde lata sententia fuit, quod se recognoscere deberet in Vassallum ipsius Domini Presbiteri electi Episcopi Cremonensis.

Hoc autem factum est anno Dñicae Incarñ Millesimo Centesimo sexagesimo secundo indict. XI. die dominico, qui fuit tertio decimo kalendas februarj in Palatio Civitatis Cremonae.

Ex Archivio Episcopali in Capsula n. 17. sub. n. 1.

Vide Monum. XXVI. pag. 81. lin. 5.

MONUMENTVM XXVII.

In quo Blandus ed Alchisius renunciant investitura petiae terrae.

Die undecima Aprilis anni 1163. Blandus et Alchisius fratris filii renunciaverunt investituræ cujusdam petiae terrae in manibus Domini Presbiteri de Medolao, qui dicebatur tunc Episcopus Cremonae.

Ex Archivio Episcopali Capsula n. 69.

Vide Monum. XXVII. pag. 81. lin. 19.

Recens inventum in quo continentur plurimae investiturae concessae ab eodem Episcopo Presbytero anno MCLXIII. atque inter eas, ut diximus supra pag. 81., et seq. hujus libri, peculiariter mentio fit linea 7. de terra juris episcopatus Cremonæ quæ jacet juxta Mosam communis Cremonæ in Valle Coste juris Episcopii Cremonæ que est foris Burgi Sancti Michaelis prope Ecclesiam Sancti Sisti juxta viam quæ dicitur cursum equorum de Sancto Michaele. Ex quibus habes eo tempore in usu fuisse cursum equorum, et ubi haberetur.

In die Dominico qui fuit septimo intrante mense Julii. In palatio Episcopatus cremonæ presentia bonorum hominum quorum nomina super leguntur. Per lignum quod sua tenebat manu Dñus Presbiter Cremonensis Episcopus investivit speltam de tabulis tribus de terra in pecia una de terra juris episcopatus Cremonæ quæ jacet juxta Mosam communis Cremonæ in valle Coste juris Episcopii Cremonæ que est foris burgi Sancti Michaelis prope ecclesiam Sancti Sisti juxta viam quæ dicitur cursum equorum de Sancto Michaele. Coheret ipi pecia de terra a mane turgius de dulci bona que detinet per feudum a parte ipsius episcopii a meridie predicta mosa, a sero raimundus beniche tenet per feudum a parte Episcopii: a monte via que est designata ad hanc petiam de terra que est data ab ipso dño episcopo pro dicto spelta et aliis personis quarum nomina quedam sunt infrascripta et quedam non. Scilicet ad ortos ibi habendos, et excelendos ficalicio nomine ad modum tenorem infrascriptum. Itemque investivit idem dñus Episcopus in ipsa pecia de terra totobellum turrettum de aliis quatuor tabulis de terra et nicolam de bulgare de aliis duabus tabulis de terra et petrum de olimeneta de aliis duabus tabulis terrae et gerardum porceletam de aliis quatuor tabulis terre et truffoldum sertorem de aliis quatuor tabulis terre et turricum de rustico alberici de aliis quatuor tabulis terre et arnulfum angagnolam de aliis quatuor tabulis terre albertonum ferrarium de aliis duabus tabulis de terra et robertum de cassanova de aliis duabus tabulis de ipsa terra et rogerium cotarium de tribus tabulis ipsius terre et zanonum lugozo et malcoatum porterianum et albertonum de Caliano de aliis octo tabulis terre pro indiviso, et obizonem sertorem de aliis quatuor tabulis ipsius terre et calcaneum sertorem de aliis quatuor tabulis de ipsa terra et terram de meliore

de aliis duabus tabulis terre et montanum pistorem de aliis duabus terre, petrum pedemontem de aliis quatuor tabulis terre, et ardicionum de suspiro de aliis quatror tabulis de ipsa terra et albertum goxiam de aliis quatuor tabulis de ipsa terra, et binagium divicidolum de decem tabulis de ipsa terra et diaconum fabruin de aliis duabus tabulis ipsius terre, et Johannem de larenza et grossellum de tarusso de aliis undecim tabulis de ipsa terra. Sive plus habeant prestate persone, sibique alie sunt coherentes. Itaqod prenominate persone scilicet spelta, totobellus, nicola, petrus, trussoldus, turicus, arnulfus, albertonus, robertus, guazo, rainerius, rogerius, zanonus, malcoatus, albertonus de Caliano, obizo, calcaneus, tera, montanus, petrus pedemonte, ardicionus, albertus goxia, binagi, diaconus faber. Johannes de larenza atque crossellus de tarusso et eorum heredes et cui dederint habeant et teneant predictas tabulas terre divisim pro ut supra declaratur et faciant de eis ad modum et tenorem infrascriptum una cum suprascripta via usque in viam publicam et accessionibus et ingressibus et cum superioribus et inferioribus suis quid quid voluerint sine d.ni. presbiteri cremonensis episcopi et ejus successorum contradictione. Et insuper promiserunt annualiter solvendo prenominate persone et earum heredes, et cui dederint fictilio nomine predicto domino episcopo et ejus successoribus et cui dederint in die S.cti. Siri de mense madii octo diebus ante vel octo diebus retro ex singula tabula quamcumque predictarum personarum inventus fuerit habere pro tempore et eorum heredes et cui dederint tres denarios bonos veteres mediolani datos et consignatos suprascripto domino episcopo et ejus successoribus et cui dederint vel eorum certis missis in suprascripto constituto termino sed si suprascriptum fictum suprascripto modo in suprascripto constituto termino solutum non fuerit debeat a mittere et cadere a jure suo ille vel illi qui suprascripto modo non solverint suprascriptum fictum et in personas eorum hec investitura et datum inefficax et inutile debet esse et liberum reverti ad episcopum et pena eorum qui bene non persolverint fictum non debet nec possit nocere bene persolventibus suprascriptum fictum, et insuper promisit suprascriptus d.nus. episcopus pro se suosque successores prenominatis hominibus et eorum hereditibus et cui dederint predictas tabulas terre ab omni homine defendere cum ratione. Quod si non defenderint aut si eis exinde aliquid supraliere quiescierint praeter infrascriptum fictum tunc promisit eam rem

componere in duplum sicut pro tempore fuerit meliorata, aut valuerit
 sub extimatione in consimili loco, et accepit praefatus dominus
 episcopus a prenominatis personis pro hac investitura duos solidos
 veteris monete mediolani, hoc autem factum est anno dominice in-
 carnationis millesimo centesimo sexagesimo tertio suprascripto die,
 indicione undecima. Signum  suprascripti domini episcopi qui
 hoc breve, scribere rogavit ut supra unde duo brevia uno tenore
 fieri rogata sunt. Ibi fuerunt rogati testes albertus cartellarius
 et amicus diviculus et rendevacea de cantore, guilhelmus filius
 albertoni bocca de torculo et johannes sciotto.

Ego Jovisalta Notarius iñfui, et hoc breve investiture jus-
 sione praefati domini episcopi scripsi.

Vide Monum. XXVIII. pag. 81. lin. 25.

M O N U M E N T U M X X I X .

*In quo fit Investitura quorumdam Bonorum per parabolam Domini Pre-
 sbyteri Episcopi Cremonensis an. MCLXIII.*

Die Dominico qui est primo die mensis Augusti in Civitate Cre-
 monae in Palatio ipsius Civitatis præsentia bonorum hominum, quorum
 nomina subter leguntur. Investiverunt presbyter albertus Ecclesiæ
 Sancti Columbani et Otto ejus clericus per parabolam Domini Presby-
 teri Episcopi ipsius Civitatis et per consensum et parabolam vicinorum
 ejusdem Ecclesiæ ii sunt Lanfrancus filius Tedalii et Otto de Olzola,
 et Albertus Tosamca, et Petrus Ferrarius Quarentinam uxorem Lan-
 franci Amedei, et ipsa efficit Missum infrascripti viri sui Nomina-
 tive de pecia una de terra aratoria juris infrascriptæ Ecclesiæ, et jacet
 prope jam dictam Ecclesiam in Olzola et esse perticas quinque vel si
 plus vel minus est coherentia ei a mane et meridie et monte emptor
 a sero via si ibique aliæ sint coherentia. Itaut infrascriptus Lanfran-
 cus et sui hæredes, aut cui ipsi dederint habeant et teneant infra-
 scriptam terram una cum accessione et ingressu seu cum superioribus
 et inferioribus suis et faciat quidquid voluerit sine omni contradic-
 tione infrascriptorum presbyteri alberti, et ottonis et de suis successo-
 ribus persolvendo annualiter in festivitate Sancti Martini vel de mense
 Novembri denarios quatuor de Cremona, vel unum denarium im-
 perialis pro ficto si fuerit requisitum. Insuper promiserunt infrascripti
 Presbyter et Clericus per se et suos successores infrascriptæ Quaren-

tinæ misso infrascripti viri sui et ejus hæredibus , aut cui ipsi dede-
rint ab omni homine defendere infrascriptam terram quod si defende-
re non potuerint , tunc obbligaverunt se et suos successores com-
ponere infrascripto et ejus hæredibus aut cui ipsi dederint infrascrip-
tam terram in duplum sicut pro tempore meliorata fuerit aut value-
rit sub estimatione in consimili loco et propter hanc investituram
aceperunt infrascripti presbyter et clericus ab infrascripta quaren-
tina nomine precii solidorum quadraginta et sex denariorum medio-
lanensium . Factum est hoc anno ab Incarnatione Dñi nostri Jesu
Christi millesimo centesimo sexagesimo tertio infrascripto die Indictio-
ne undecima Signum ~~III~~ manuum infrascriptorum presbyteri et
Clerici qui hanc brevem investit . fieri rogaverunt ut supra Ibi fue-
runt Marsili et Bernardus et Albertus de Ferrarina qui fuerunt testes .
Ego Guibertus Not . Sacri palacii interfui et hanc brevem inve-
stiture scripsi .

*Apud Petrum Cadicem Praefectum Bibliothecæ Gymnasii Cremonen.
Vide Monum. XXIX. pag. 82. lin. 14.*


MONUMENTVM XXX. N. 1.

*In quo a Frederico Imperatore conceditur Presbytero Episcopo Cremo-
neni Castrum de Maleo cum ejus Curte anno MCLXIV.*

Fredericus divina favente Clementia Romanorum Imperator et
semper Augustus .

.Ad hoc divina providentia totius Romani Imperii Coronam et
sceptrum nobis gubernandum commisit , ut honestas nostrorum fide-
lium preces clementer admittamus et eos quorum sincera fides pura
devotio , et preclara servitia circa nos et Imperium laudabiliter eni-
tescunt congruis honoribus , et beneficiis decoremus . Quo circa uni-
versitas Imperii nostri fidelibus per ytaliam existentibus , presentibus
et futuris , dignum duximus intimandum . Quod nos ex consueta be-
nignitatis nostre gratia . Venerabilem Cremoneensem Episcopum no-
mine presbyterum , et ejus Ecclesiam et omnia bona et possessiones
cum earum honoribus ; et districtibus , quas in presenti juste habere
videtur vel in futuro domino largiente rationabiliter adipisci poterit ,
sub nostram Imperiale protectionem atque tutelam benigne suscep-
imus . Quia vero jam dictum fidelem nostrum Episcopum tum pro
honestate sua partim pro honore Civitatis Cremone diligere et hono-

rare intendimus. Concedimus sibi Castrum de Maleo et ejus Curtem cum suis pertinentiis, cum omni honore atque Districtu, et auctoritate nostra salva Imperiali justitia confirmamus et corroboramus. Ad augmentum quoque gratie nostre statuentes precipimus, ut de cetero prefatum Episcopum et ejus Ecclesia, nullus Episcopus nec Dux vel Marchio, non Comes vel Vicecomes, non Capitanus vel Castaldio non Potestas vel Civitas Consules vel Rectores, nullaque Persona magna, vel parva in predicto Castro de Maleo et ejus pertinentiis honore et districtu jure successionis vel aliquo aliomodo, et in ceteris bonis et possessionibus suis molestare vel inquietare presumat. Si quis vero hanc nostram auctoritatem violaverit, quinquaginta libras auri pro pena se compositurum cognoverit dimidium fisco nostro et dimidium prefato Episcopo et ejus Ecclesie.



Ego ^Xpianus cancellarius vice Domini Rainaldi Coloniensis Archiepiscopi et ytalie Archicancellarius recognovi. Actum quoque est anno Dominice incarnationis Millesimo Centesimo LXIII. Indicatione XII. regnante domino frederico romanorum Imperatore Serenissimo anno regni ejus XII. Imperi vero VIII. Data apud S. Salvatorem juxta papiam III. None Aprilis.



Ego Gyrardus Notarius hujus exempli authenticum vidi et legi et fideliter exemplavi.


Ex libro privilegiorum Episcopii Cremonensis pag. 51.

Vide Monum. XXX. n. 1. pag. 82. lin. 22.

MONUMENTVM XXX. N. 2.

In quo Fredericus Imperator concedit Presbytero Episcopo Cremonensi Castrum de Platena cum Curte Mota Castri Franchi an. MCLXIV.

Fredericus divina fave nte clementia Romanorum Imperator et semper Augustus. Ad hoc divina providentia totius Romani Imperii Coronam et Sceptrum nobis gubernandum commisit ut honestas nostrorum fidelium preces clementer admittamus et eos quorun sincera fides pura devotio et preclara servitia circa nos et Imperium laudabiliter enitescent congruis honoribus et beneficiis decoremus quo circa universis Imperii nostri fidelibus per Italiam existentibus presentibus et futuris dignum duximus intimandum quod nos ex consueta benignitatis nostre gratia venerabilem Cremonensem Episcopum Presbiterum et ejus Ecclesiam et omnia bona et possessiones cum earum honoribus et districtibus quas in presenti juste hahere videtur vel in futuro Domino largente rationabiliter adipisci poterit, sub nostram Imperialem protectionem atque tutelam benigne suscepimus, quia vero jam dictum fidelem nostrum Episcopum tum pro honestate sua partim pro honore Civitatis Cremone diligere et honorare intendimus concedimus sibi Castrum de Platena et ejus Curte Mota Castri Franchi sive Castrum et ejus Curte Curiam de Lamo cum suis pertinentiis, cum omni honore atque districtu et auctoritate nostra salva Imperiali justitia confirmamus et coroboramus ad augmentum quoque gratie nostre statuentes precipimus ut de cetero presatum Episcopum et ejus Ecclesiam nullus Episcopus nec Dux vel Marchio nec Comes vel Vicecomes nec Capitaneus vel Castaldo nec potestas vel Civitas Consules vel Rectores nullaque persona magna vel parva in predictis Castris Platine Motte Castri Franchi et Curie Lamii et eorum pertinentiis honoribus et districtibus jure successionis vel aliquo alio modo et in cunctis bonis et possessionibus supradictis molestare vel inquietare presumat. Si quis vero hanc nostram auctoritatem violaverit centum libras auri pro pena se compositurum cognoverit dimidium fisco nostro et dimidium prefato Episcopo et ejus Ecclesie.



Ego Xan. Cancel. Vice Dñi Rainaldi Coloniensis Archiepiscopi et Italie Arcicancellarius recognovi.

Actum quod est anno Dcē Incarnationis Mill.º Cent.º LXIII. Indict. XII. regnante Dño Frederico Romanorum Imperatore Serenissimo anno ejus XII. Imperii vero VIII.

Dat. apud S. salvatorem juxta papiam III. Noñ. Aprilis.



Ego Azo Imperatoris Frederici Not. autent. hujus exempli vidi et legi in quo sic continetur sicut in hoc legitur exemplo etiamque me in hoc subscripsi.



Ego Rubertus Imperatoris Frederici in Cremasca Not. et Officialis autenticum hujus exempli vidi et legi in quo sic continetur sicut in hoc legit. exemplo etiamque me in hoc subscripsi.

Ex libro privilegiorum Episcopii Cremonensis pag. 53.

Vide Monum. XXX. N. 2. pag. 83. lin. 8.

MONUMENTVM XXXI.

Investitura Marchiae Guidonis concessa Henrico Marchioni a Friderico I. Imperatore, anno 1167., cui se quoque subscripsit Presbyter Cremensis Episcopus cum aliis pluribus Viris nobilissimis.

In nomine Sanctae ed individuae Trinitatis.

Fridericus divina favente clementia Romanorum Imperator et semper Augustus. Ratio suadet ei necessarium esse justicia ipsa demonstrat, ut quicquid aliquo tempore clementia Imperialis de sua largitate fidelibus suis erogat vel distribuit, literarum apicibus pro memoria commendetur, ne per successiones temporum, concessiones vel donationes Regum aut Imperatorum aliqua oblivione depereant, vel ex levi occasione cordibus posteriorum dubietatis vulnus infligant etc. Inde est quod nos in memoria et praec oculis habentes, quanta devotione, quanta fidelitate dilectus noster *Marchio Henricus*, ejusque tota progenies nobis et Imperio semper servierit, et in omni necessitate Imperii fidelis et constans persisterit, dignum duximus præclarra servitia sua et suorum, palma dignae retributionis adornare, et accepta opportunitate meritis suis grata vicissitudine respondere. Ea propter cognoscant universi fideles Imperii per Italiam constituti, praesentes et futuri, quod nos juxta nostram Imperiale munificentiam praedictum *Marchionem Henricum* pro ejus fidelis obsequio, ejusque heredes masculos, de *Marchia Guidonis* quondam *Marchionis* in praesentia Principum curiae nostrae investivimus, simulque de omnibus rebus, de quibus idem *Marchio* a nobis fuit investitus, atque de omnibus his, quae per imperium habuisse et tenuisse dinoscitur, cum omni jure, et honore et utilitate, quae exinde potest provenire; videlicet cum Castris, Burgis Villis, et Locis, et cum omnibus pertinentiis etc.... Ad augmentum quoque hujus nostrae gratiae, et ad securitatem praedictae investiture a nobis factae praedictum fidelem nostrum *Marchionem Henricum* in possessionem *Marchiae*, et prædictarum rerum liberi per nostrum legatum mitti decrevimus. Et si aliquis nostrae majestati vel Nuncio nostro contradicere vel obsistere in hoc facto præsumperit, quominus prædictus *Marchio* in possessionem mitti possit, omnibus comprovincialibus personis, et Civitatis sub debito fidelitatis districtae præcipimus, quatinus prædictum *Marchionem Henricum* prædictam *Marchiam* intrare et possidere aique manutenerem viriliter adjuvent, omnesque contradictores banno nostro subjicimus. Praeterea ne quid ad gratiam desit, *Ugolinum Marchio-*

nem fratrem Marchionis Henrici de predicta Marchia, et de praefatis rebus similiter investivimus, tali tamen conditione, ut si Marchio Henricus sine legitimo Herede masculo decesserit, tunc frater ejus Marchio Ugolinus predictam Marchiam cum praefatis rebus habeat, teneat, et quiete possideat. Interim vero quicquid de predictis rebus Marchio Henricus fratri suo Ugolino concedere voluerit, nostrae Majestati per omnia complacabit. Si qua Castella sunt in Marchia predicti Guidonis Marchionis, et in tota Marchia Henrici et Ugolini Marchionum, et in eorum districtu diruta et destructa, nostra Imperiali auctoritate readiſicari et relevare permittimus, et praecipimus, et eum, quicumque huic nostrae constitutioni vel permissioni contradixerit, volumus Imperiali banno subjacerre, centum librarum auri poena mulctatum. Omnes quoque homines districtabiles Marchionis Henrici et Ugolini, qui ad Civitates confugerunt, ne dominis suis servire cogarentur a Civitatibus exire, et ad propria domicilia ad serviendum Dominis suis redire jubemus; alioquin personas et res eorum in banno nostro ponimus; et liberam facultatem Dominis eorum damus, ut bona, quea a manu eorum habent, eis auferant, vel super personas et res eorum, quancunque voluerint, vindictam exerceant. Statuentes itaque Imperiali edicto sancimus, et sub debito fidelitatis praecipimus omnibus fidelibus Imperii, ne qua Ecclesiastica secularis persona contra hanc nostram constitutionem etc. Hujus rei testes sunt Herbertus Bisuntinus Archiepiscopus, Hermanus Verdensis Episcopus, Daniel Pragensis Episcopus, Alexander Leodiensis Episcopus, Udo Cicensis Episcopus, Goteſtridus Spirensis Episcopus, Rodulfus Argentinensis Episcopus, Ludewicus Argentinensis Episcopus, Presbyter Cremonensis Episcopus, Albericus Laudensis Episcopus, Erleboldus Stabulensis Abbas, Dux Bertholdus de Zeringa, Marchio Theodericus, Dux Tieboldus de Boemia, Dux Ulricus de Boemia, Borchardus Castellanus de Magdeburg, Cuonradus Castellanus de Nuremberg, Comes Tieboldus de Lechesgemunde, et frater ejus Henricus, Comes Warnerus de Havekesburg, Conradus de Lewenstein, Marchio Wilelmus de Monteserrato, Marchio Manfredus de Wasto, Hugo Magnus Marchio, Comes Robertus de Lorotello, Marchio Henricus Wercius, Albertus Marchio de Incisa, Comes Wilelmus de Blandrata, Bertholdus de Scowenburg, Fridericus de Bilvieta, Henricus Marescaleus, Ulricus Dapifer, Lodewicus Pincerna, Ulricus de Sala, Rudegerus et Rodulfus Camerari, Wido de Sancto Nazario, Comes Malvici-

nus, Petrus Traversarius, Wido Ubertius, et alii quam plures.



Ego Philippus Cancellarius vice Rainaldi Coloniensis Archiepiscopi, et Italiae Archicancellarii recognovi.

Datum in territorio Ariminensi IX. kalende Maij, anno Dominicæ incarnationis MCLXVII. Indictione XV. regnante domino Frederico Romanorum Imperatore glorioissimo, anno Regni ejus XV. Imperii vero XII.

Actum in Christo feliciter. Amen.

Ex libro Muratorio Antiquitates Italicae Medii Aevi tom. I. pag. 318.

Vide Monum. XXXI. pag. 83. lin. 15.

MONUMENTVM XXXII.

Privilegium de Postino et Pagazano et Ripalta sicca et Monasterio S. Sigismundi etc., quae conceduntur et donantur Ecclesia Cremonensi dat. an. MCLXVIII.

Alexander Episcopus Servus servorum Dei dilecto filio Offredo Cremonensi electo et aliis in Ecclesia Cremonensi imposterum Canonicę instituendis, *I. N. P. P. M.*, devotionis et fidei puritatem quam circa nos et ecclesiam romanam tu et commissa tibi ecclesia multipliciter exhibetis diligentius attentes. Cominodis et incrementis vestris in quibus cum Deo possumus libenter intendimus et ad hoc studium et operam in quantum honestas permitit efficaciter cupimus impetriri. Hujus si quidem rationis intuitu provocati, et devotionis vestre integratatem nobis et prescripte ecclesie romane conservare volentes, vobis et per vos ecclesie cremonensi duas plebes papiensis episcopatus de postino scilicet et de pagazano cum capellis et aliis pertinentiis suis. Ecclesiam quoque de ripalta sicca cum omnibus capellis et aliis ad eamdem spectantibus et monasterium S. sigismundi de communis fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate concedimus et donamus, ita quidem quod eadem plebes venerabili fratri nostro, petro, nunc papiensi episcopo toto vite sue tempore sicut

consueverant jure parrocchiali subiecte existant, et eo defuncto ad vestram spectent jurisdictionem. Preterea prepositus etiam ripalte quamdiu vixerit nobis et Ecclesie Romane solummodo debeat respondere et deinde ad jus et dispositionem vestram ecclesia prescripta pertineat. In monasterio vero prescripto, eandem que nunc ibi est volumus religionem servari. Ita quidem, quod non licet episcopo cremonensi illos qui ibidem morantur exinde ammovere, nisi eque religiosi aut religiosores ibidem instituantur. Decernibus ergo ut nulli omnino hominum licet, hanc paginam nostre concessionis et donationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si qua igitur in futurum ecclesiastica seculariave persona hanc nostre concessionis et donationis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi presumptionem suam congrua satisfactione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscet, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultiō subjaceat. Cunctis autem, prescripte cremonensis ecclesie hanc nostram donationem et concessionem servantibus, sit pax domini nostri Iesu Christi. Quatinus et hic fructum bone accionis percipient et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen amen amen.



Ego Alexander
Catolice Ecclesie
Episcopus



- Ego Hubaldus Hontiensis Episcopus
Ego Bernardus Portuensis Episcopus
Ego Johannes Presbiter Cardinalis Sanctorum Joannis et Pauli
Ego Johannes Presbiter Cardinalis Sancte Anastasie
Ego Boso Presbiter Cardinalis Sancte Pudentiane tituli Pastoris
Ego Teodinus Presbiter Cardinalis Sancti Vitalis tituli Vestine

Ego Jacintus Diaconus Cardinalis Sancte Marie in Cosmydyn

Ego Ardigio Diaconus Cardinalis Sancti Teodori

Ego Cyntius Diaconus Cardinalis Sancti Adriani

Ego Manfredus Diaconus Cardinalis Sancti Georgii ad velum
aureum

Ego Ugo Sancti Eustachii juxta templum Agrippe Diaconus
Cardinalis

Ego Petrus Sancte Marie in Aquiro Diaconus Cardinalis

Dat. Beneventi per manum gratiani sancte romane ecclesie
Subdiac. et Not. IIII. kal. Junii Indictione prima, Incarnationis
Dominice anno mill. c. L. XVIII. Pontificatus vero Domini Alexandri
P. P. III. anno nono.

 Ego Girardus Notarius hujus exempli autenticum vidi et legi
 et exemplavi.

Ex libro privilegiorum Episcopii Cremonensis pag. 86.

Vide Monum. XXXII. pag. 96. lin. 11.

MONUMENTVM XXXIII.

*Bulla Canonizationis Innocentii III. pro Sancto Homobono data V Idus
Januarii Pont. an. I.*

Innocentius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis, uni-
verso Clero, et Populo Cremonensi Salutem, et apostolicam bene-
dictionem. Quia pietas promissionem habet vitæ, quæ nunc est et
futurae justus et misericors Dñus fidelis snos quos prædestinavit ad
vitam frequenter in hac vita glorificat, et semper in futura coronat,
quibus, et per prophetam promittit, dabo vos in laudem gloriam
et honorem in cunctis populis et per se pollicetur. Fulgebunt
justi sicut sol in regno Patris eorum. Mirabilis enim in se ipso Dñus,
mirabilis in sanctis, mirabilis in cunctis operibus suis. Verum nobis
exhibet sua virtutis indicium, et frigescentem jam in pluribus char-
ritatis igniculum mirabilium suorum signis accendit. Assumptis his
in gloriam suam qui certaverunt legitime in hoc mundo ad memo-
rias eorum innovant signa, et mirabilia juxta prophetam immutat, ut
qui sanctus est apud ipsum, sanctus etiam ab hominibus habeatur
et in hoc praesertim hereticorum confundator perversitas cum ad
catholicorum tumulos divina viderint prodigia pullulare licet autem
juxta testimonium veritatis sola finalis perseverantia exigatur ad

sanctitatem animæ in Ecclesia triumphanti, quoniam qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit: duo tamen virtus videlicet morum et virtus signorum, opera scilicet pietatis in vita et miraculorum signa post mortem, ut quis reputetur sanctus in militanti Ecclesia requiruantur. Nam quia frequenter Angelus Sathanæ se in lucis angelum transfigurat, et quidam faciunt opera sua bona ut videantur ab hominibus, quidam etiam coruscant miraculis, quorum tamen vita merito reprobatur, sicut de magis legitur Pharaonis, et etiam Antichristo, qui electos etiam si fieri potest inducet suis miraculis in errorem, ad id nec opera sufficient sola nec signa sed cum illis præcedentibus ista succedunt, verum nobis præbent indicium sanctitatis, nec immerito nos ad illius venerationem inducunt, quem Dominus suis ostendit miraculis venerandum: hæc autem duo ex verbis evangelistæ, plenius colliguntur, ubi de Apostolis loquens ait: illi autem profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. In eo namque quod ait cooperante, eos operatos esse demonstrans, et in eo quod sequitur sequentibus signis, eos exponens immo Dominum in eis miraculis claruisse. Hoc etiam Dominus usque hodie operatur in sanctis, et potentiam suam signis evidentibus manifestat, dum vivorum curat ægritudines ad memorias mortuorum, et eos plus posse post mortem, et felicius vivere mortuos, qui in Domino moriuntur, quam qui vivunt in mundo demonstrat. Sane veniens ad præsentiam nostram Venerabilis frater noster Sicardus Episcopus vester multis viris religiosis et aliis honestis personis comitatus cuiusdam beati viri et re et nomine Honisboni vitam et actus nec non et modum transitus ejus humiliiter nobis aperuit, in quibus et sanctæ ipsius degustavimus conversationis odorem, Deumque mirabilem et omnia opera ejus in fide cognovimus, et prædicavimus gloria. Idem etenim sanctus tamquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dat in tempore suo prout eorumdem nobis assertio facta tam viva voce quam aliorum plurium honestorum litteris patefecit, adeo in lege Domini meditabatur die ac nocte, ut ei serviens in timore, et secundum prophetam media nocte surgens ad confitendum ei matutinis semper laudibus interesset: Missæ quoque officium et alias horas cum summa devotione frequentans ita assiduis orationibus insistebat, ut in certis horis aut incessanter oraret, aut horas ipas aliquando præveniret nisi forte ipsum sollicitudo quam super pace reformanda

per civitatem tamquam pacificus vir gerebat, aut occasio eleemosynæ pro pauperibus aquirende, seu alia justa causa in aliis operibus detineret, qui nimurum ante crucem Dominicam ex assuetudine se prosterrens opus quodlibet faciendo stando sedendo jacendo ad orationem labia movere continue videbatur. Inter alia vero pietatis opera, quæ tam circa pauperes, quos secum in propria domo tenebat, curabat, et pariter procurabat, quam circa alios indigentes, quibus viventibus humanitatis obsequium, et mortuis sepulturæ beneficium consueverat devotus impendere, diligentius exercebat, ipse a sæcularium hominum consortio segregatus inter quos virebat quasi lily inter spinas, haereticorum, quorum pernicies nimium partes illas infecit, ansterus extitit aspernator. Deducto antem sic vitæ sanctæ curriculo, cum ad matutinale officium prout dictum est in festivitate Sancti Britii surrexisset circa Missæ primordia idem se ante crucem Dominicam more solito in oratione prostrans, dum cantaretur hymnus angelicus, beato sine quievit. Quæ vero quot et quanta miracula fuerint subsecuta, et quot advenientibus ad sepulchrum ejus sanitatis beneficia sint impensa, cum longum sit enumerare per singula unum inter cetera ad assertionem catholice fidei duximus expressius adiunctum. Cum enim quædam dæmonisca mulier ad sepulchrum ejus deducta fuisset, ne aliqua fraus lateret, eadem primo sicut aqua non benedicta respersa, qua se patienter aspergi permittens aquam secundo respuit benedictam: et ut res evidenter experimento pateret oblatam non consecratam absque aliqua præscientia sibi recipiens, præsentata Eucharistiam consecratam subsequenter abhorruit, nec recepit, quæ et meritis ejusdem Sancti liberata recessit. Ut autem virtus morum prout est superioris prælibatum licet omnis dubitatio amoveri ex subsecutione signorum per divinum judicium videretur, fide apud nos claresceret pleniori, ne miraculorum etiam virtus aliqua fraude posset vel figmento juvari, veritatem rei sollicitius duximus inquirendam frodem namque quam super conversatione ipsius absque figmento hypocrisis fraudolento divinum judicium ut dictum est manifeste ostendere videbatur, per testimonium dilecti filii osberti presbyteri Sancti Egidii Cremonensis præsentis cum Episcopo memorato, recepto ab eo firmavimus juramento, sub cuius otestatione videlicet juramenti ipse, qui patruus ejus existens per viginti annos et amplius confessionem ejus sèpe receperat, quæ de illius sancti conversatione præmissimus cum ipso Episcopo, et aliis supradictis juratis

similiter asseruit esse vera, et de obedientia, quam in orationibus vigiliis, et aliis pænitentiae fructibus, in qua sibi imposta erat plus injuncto satisfaciens exhibebat, nos redditum certiores, et etiam, quæ de miraculis ipsis fuerant nobis exposita per juramentum omnium prædictorum, qui propter hoc venerant, fide suscepimus pleniori assertione ipsis Episcopi sub firmo verbo sacerdotio requisito in virtute obedientia concurrente, ut sic divinum, et humanum secenti iudicium cum majori procedere securitate possemus. Cum igitur hæc omnia tam de virtate morum, quam virtute signorum ad favorem petitionis, pro qua Episcopus memoratus et alii supradicti ex parte vestra vehementer instabant, concurrere videremus de Fratrum nostrorum consilio post multam deliberationem habitam cum eisdem et Archiepiscopis, et Episcopis quos super hoc ad consilium nostrum admisisimus, de divina misericordia, et ejusdem Sancti meritis confidentes ipsum Sanctorum catalogo duximus adscribendum, statuentes ut in die depositionis ipsius ejusdem Festivitas devote a vobis et aliis Christi fidelibus annis singulis de cætero celebretur. Inde est quod universitatem vestram rogamus in Domino et monemus per apostolica scripta præcipiendo mandantes quatenus ejusdem Sancti memoriam prout dictum est cum celebritate debita venerantes, ejus apud Deum suffragia humiliter imploretis per cuius merita ad gaudia æterna pertingere valeatis.

Datum Laterani **Y** Idus Januarii Pontificatus nostri anno primo.

Ex Archivio Episcopii Cremonens.

Vide Monum. XXXIII. Pag. 99. lin. 6.

MONUMENTVM XXXIV.

Privilegium continens omnium bonorum Ecclesie Cremonensis sub Sacerdoto Episcopo an. MCXXCVII.

Gregorius Episcops Servus servorum Dei venerabili fratri Sichardio Cremonensi Episcopo ejusque successoribus Canonice instituendis I. N. P. P. M. in Apostolice sedis specula disponente Dño constituti fratres nostros Episcopos tam propinquos quam longe positos, paterna tenemur caritate diligere, et Ecclesiis quibus Dño militare nosconntur, suam dignitatem et justitiam conservare. Ea propter venerabilis in xpō frater Episcope tuis justis postulationibus clementer annuimus, et prefatam Cremonensem Ecclesiam cui Dño auctore preesse dinoscetis ad exemplar felicis recordationis Alexandri secundi,

Luciique secundi et Adriani predecessorum nostrorum romanorum pontificū. sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus statuentes ut quascunque possessiones quecumque bona eadem ecclesia impresentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessionem pontificum. Largitione regum vel principum oblatione fidelium. seu aliis justis modis prestante Dño poterit adipisci firma tibi tuisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Quicquid curature telonei atque ripatici et portatici de cremonensi civitate ad publicam functionem pertinuit tam de ipsius civitatis comitatu quam de parte curtis, sex pilas nec non ripas et piscarias auulpariolo usque in capit adue cum molendinis et cum uniuscunque navis solito censu sicut continetur in privilegiis et innoticiis tuis. Seu cum per solutionem omnium navium circa mercandi cremonam adeuntium tam veneticorum quam ceterorum navium et cum curatura omnium negotiorum que sunt in predicta ripa. Districtiōnēm civitatis infra et extra per quinque miliariorum spatia. Altare S. Imerii canonicam et de terris ad cremonensem ecclesiam pertinentibus equos tractus operis albergarius et pascua districtus et placita legationes hostes itinera fodrum et cetera que in prefatis privilegiis et notitiis continentur et de abbatē et monasterio S. Laurentii sicut juste continetur in privilegiis tuis et in preceptis imperatorum. ecclesiā insuper S. Salvatoris, et S. Martini de morendo, S. Andree de brugnanis, S. Marie de rumanis, et ecclesiās de farinate, de vailate et ecclesiās de cassiano cum populo et pertinentiis suis, et S. Stephani de aufoningo de fontanella de castro cradi, et ecclesiās de viligana cum Populo et pertinentiis suis, de S. Bassiano, de S. Petro in curte, de S. Johanne in castro veteri, de S. Syro de questro, de alfiano, de lacu obscuro, de scandolaria, de calvatone, de castro rivario- lo, de via cava, de S. Maria de comesagio, de tinatio cum populo et pertinentiis suis, de dusno, de corrigia viridi, de pangoneta, de cigognaria, de cella ultra padum, cum populo et pertinentiis suis, de ecclesia S. Margarite in cità nova salvo statuto censu monasterii S. Petri, in ecclesia S. pauli de cità nova jus episcopale sicut per juditium ex delegatione bone memorie antecessoris nostri Celestini P. P. statutum est omnes etiam plebes cum capellis et baptismales ecclesiās cum earum pertinentiis quas in presenti quiete et canonice possides. De omnibus ecclesiās que sunt in pīscopatu tuo

obedientiam sinodalia et cetera secundum debitam consuetudinem ecclesiarum cremonensis episcopii. Curtem etiam que barianum dicitur et maleum, crottam montodanum, rivaltellam, monterionem, jovisaltam, fornorum, soncinum, platenam, atque motianicam, sexpilas, sextum, durovar, castrum novum, de aspis curtem que dicitur de S. Felice cum castris et villis eorumque pertinentiis, castrum de ruzenengo cum omni sua integritate et parte in curtibus, in casali majori, gabiano, vidolasco, terzolasco, publica intus et extra, seu etiam in azanello, fontanella et quecumque prudentiae tue studio prenotate ecclesie juste aquisita vel aquirenda sunt presenti apostolice sancctionis nostre pagina corroboramus. Investituras quoque feodorum in tuo episcopatu a presbiteris archipresbiteris seu abbatibus, tuis factas de bonis ecclesiarum absque tuo tuorumque predecessorum consilio vel consensu irritas esse sancimus et ne deinceps hujusmodi investiture fiant omnimodo prohibemus. Concordia vero illam quam inter antecessorem tuum Obertum et majoris ecclesie cremonensis canonicos predecessor noster bone memorie P. P. Calixtus fecit et tam ipse quam predictus antecessor noster lutiis scripto firmavit ratam manere censemus, ut videlicet nullus in majori ecclesia constitutus canonicus preter assensum et voluntatem episcopi qui sicut ecclesia caput est, ita voluntas ejus et ratio debet precedere canonici episcopo obedientiam in manu ejus promittant et teneant ad mensam canonicorum quando cum canonicis comedebent. Cum uno clero et uno serviente vel cum duobus clericis veniat et tamquam episcopus honoretur. De altario S. Imerii omnem oblationem recipiat preter edenda que ad pedem altaris offeruntur et ea ad usum canonicorum reserventur, et preter medietatem cere et incensi que ibi offeruntur, que ad ecclesie servitium reserventur, archidiaconum cantores et alias personas consensu canonicorum constitutus. Ecclesia S. Michael in burgo cum possessionibus et pertinentiis suis episcopus perpetuo quiete possideat sicut nuac eam pacifice noscitur possidere. Et quia canonici domum in qua olim abiaverant ad ampliandam ecclesiam concesserunt domum in qua modo habitant licet juris episcopi fuerit pro concordia tamen et caritate deinceps ad communis vite usum et cohabitationem retineant et hospites quando voluerint in ea recipient. Ad exemplar etiam felicis memorie Eugenii P. P. predecessoris nostri sancimus ut cremonenses ecclesiae que parochiali jure ad te pertinere nuseuntur et pars ele-

ricorum ecclesie S. Marie que tibi eodem jure debet esse subiecta tibi tuisque successoribus subiecte de cetero et obedientes existunt et tamquam propriis pastoribus et animarum suarum episcopis debitam reverentiam exhibeant proibentes ut nullus clericus per laicos in eisdem recipiatur ecclesiis nullus prepositus absque consilio et assensu cremonensis episcopi vel ecclesie si episcopus defuerit statuantur. Adicimus quoque ut cremonensis episcopus tamquam proprius pastor in presatis ecclesiis recipiatur eique a clericis et laicis ejusdem loci debita reverentia et obsequium tam in spiritualibus, quam in temporalibus deferatur. Si autem cremonensis episcopus vel ecclesia ex communicationis aut interdicti sententiam canonice in aliquem suorum parochianorum protulerit tam ab his qui ad placentinum, quam ab his qui ad cremonensem episcopatum pertineret observeretur.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum licet prefatam ecclesiam temere perturbare ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, seu quibuslibet vexazionibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum pro quorun gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis pro futura salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularis persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfacione correxerit potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultiioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi quatinus et hic fructum bone actionis percipient et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant amen amen.




Ego Gregorius catolice
ecclesie Episcopus,



Ego Henricus Albanensis Episcopus.
 Ego Paulus Penestinus Episcopus.
 Ego Teobaldus Hostiensis et Velletrensis Episcopus.
 Ego Petrus de Bonis Pbr. Cārd. t.t. Scte Susane.
 Ego Laborans Pbr. Cārd. S. Marie transtiberi t.t. Calixti.
 Ego Melior Pbr. Cārd. Srum Johannie et Pauli t.t. Pamachii.
 Ego Adelardus t.t. Scti Marcelli Pbr. Cārd.
 Ego Jacobus Scte Marie in Cosmydin Diāc. Cārd.
 Ego Ottavinus Srum Sergii et Bacchi Diāc. Cārd.
 Ego Petrus Scti Nicolai in Cārc. Diāc. Cārd.
 Ego Radulfus Diāc. Cārd. Scti Gregorii ad velum aureum.

Dāt. Ferrār. per manum Oysi Lateranensis Canonici vicem
 agentis Cancell. IIII. Nōv. Novēmb. Indictione sexta. Incarnationis
 Dñice Añ. M. o. C. o LXXXVII. Pontificatus vero domini Gregori PP.
 VIII. anno primo.



Ego Ghirardus Not. autenticum hujus exempli vidi
 et legi et me subscps.

*Ex libro privilegiorum Episcopii Cremonensis pag. 91.
 Vide Monum. XXXIV. pag. 101. lin. 22. et sequenti.*

MONVMNTVM XXXV.

Breve Innocentii IV. pro Civitate Cremonae, quæ reconciliata pace cum
 Frederico suscipitur sub protectione ejusdem Pontificis Ecclesiam
 Cremonensem administrante Homobono de Maddalbertis.

Innocentius Ep̄s Servus Servorum Dei dilectis filiis nobilibus
 Chonrado de Cavalcabibus, et Anato de Amatis Salutem et Aposto-
 licam Benedictionē. Cum intellexerit ipsos simul cum familiis de
 Guazzonibus, de Summie, de Comitibus, De Oldovinis, de Casanova,
 de Persicanis, de Oldrovandis, de Manaria, de Piperariis, de Di-
 vitiolis, de Citrolis, de Capellanis, de Bottazziis cum aliquibus de

Burgluis zelo fidei, et devotionis accēsos statuisse se se pio affectu Sanctae Matri Ecclesiae unire derelicta tirannide Friderici alias Imperatoris, inimici Dei, et Sanctae Ecclesiae, volensque proinde praeditos eorumdemque assecas speciali favore prosequi sub Sanctas Sedis Apostolicae protexione suscepit tam ipsos, quam eorumdem bona tam praesentia quam futura, mandans ea omnia integra et quies sub dictae Sedis protexione permanere. Nemini itaque licet istis protectionis litteris contravenire, et si quilibet id praesumpserint novverint indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Apostolorum Petri, et Pauli indignationem incursum.

Datum Lugduni die duodecima Januarii anno Pontificatus nostri quarti.

Ex libro Bonafosse monumentorum MSS. pag. 113. et apud Campi lib. 2. pag. 55.

Vide Monum. XXXV. pag. 105. lin. 13.

MONUMENTVM XXXVI.

Epistola Innocentii IV. ad suum Legatum data pro electione Bernerit in Episcopum Cremonensem anno sui Pontificatus VII., qui respondet anno salutis MCCL.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei.

Dilecto filio Gregorio de Monte-longo electo Tripolitano Apostolice Sedis legato salutem et apostolicam benedictionem. Et si non nunquam opera studiosa sunt ubilibet adhibenda, quod illi proficiantur vacantibus Ecclesiis in Pastores, quorum solertia Grex Dominicus, et animarum salutem in fide conservanda Catholica et Ecclesiastica libertate tuenda principaliter soveant, in tempore tamen hoc ipso, quod instat super his tanto validioribus est praesidiis insistentium, quanto ipsius malitia temporis requirit, illud magis solito pecatatio exigentibus opportunum. Sane tua tamquam super hoc experta diutius discrecio non ignorat, qualiter ad praemissa potissimum inter caeteros locum habeant status, atque conditio vacantis Ecclesiae Cremonensis, cui praeferi tales convenit in Pastorem, quem tantum onus deceat, et honorem, et Romanae non dubitet Ecclesiae beneplacitis inhabere. Cum itaque ad provisionem eidem faciendam Ecclesiae, de Bernerio ipsius Canonico germano nobilis viri Octholini de Summo ex parte dilectorum filiorum Amadini de Amatis, et aliorum intus Cremonam commorantium, et extra suorum concivium

cohaerentium parti, Sedis Apostolicae devotorum, supplici sit nobis insinuatione suggestum, et expositum ab eisdem, quod cum praefatus Octolinus grandem in ipsa Civitate obtineat potestatem, ibidem in ipsis parte non modica, quae Città nova vulgariter dicitur, gerens officium potestatis, presentium tibi auctoritate committimus, quatenus, qui per loci vicinitatem, et rerum experientiam, quam diutius habuisti, plenius super his circumstantias verti, et ad hunc scire poteris universas, si ordinationem ujsmodi de praefato Canonico celebrandam germanum ipsius, et alios de parte ipsorum manifestis indicii ad negotium praedictum prospexeris pro futuram, tam praefati Foranei, quam sequaces eorum, intus Civitatem morantes, eandem postulaverint id instanter, super hoc provideas, et disponas quidquid ipse videris negotio expedire. Non obstante ipsius Ecclesiae Archidiacono ipsi dicitor electio attentata, quam cum de jure celebri nequiverit, nullius denuncies esse momenti; contradicentes, si qui fuerint vel rebelles, per censuram ecclesiasticam appellatione posposta compescendo.

Datum Lugduni IV. kal. Aug. Pontificatus nostri anno VII.

Ex Antonio Campi et apud Zachariam lib. sui pag. 135.

Vide Monum. XXXVI. pag. 106. lin. 13.

MONUMENTVM XXXVII.

In quo describuntur Beneficia quam plurima, quae Joannes Ghiroldis Episcopus electus contulit Ecclesiae Cathedrali Cremonensi anno MCCLXII., die quarto mensis Augusti.

De Ghiroldis fuit vir a Deo datus

Hic Johannes Bonus sic est nominatus
Cantor juxte rexit et diaconatum
Archibus electus et Episcopatum.
Debita persolvit Glā vivendo.
Cuncta que possedit recte disponendo
Dedit hoc Psalterium integrum Canonice
Pauli et epistolas factas theologice.
Ante Aram lampadem fecit ordinari,
Benedicte Virginis perpetim aptari,
Ut luceret omnibus qui sunt Deo Cari
Et per hec et alia meruit amari.
Hisque Joannis Sancti prebendam reliquid

Are satisfaciens his per que deliquid
 De qua possit vivere Presbiter decenter
 Et ad sacra fieri gratis ac libenter
 Modios frumenti statuit quinquenos,
 Quibus ministrantes relevent egenos
 Non dimittant et paupertate plenos.
 Ut Celorum locos caperet amenos,
 Quilibet Canonicus nummis sex gauderet,
 Et Mansionarius bis duos teneret
 In anniversario quisquis horum erit
 Faciens Officium sicut ordo querit
 Majorem Canonice juxta portam fecit
 Fabricari Cameram nec in hoc defecit
 Palatinas condidit novas mansiones
 Atque plures alias habitationes
 Auxit multum etiam et Possessiones
 Ut eternas caperet illustrationes
 Condidit duodecim hic Apostolorum
 Ad honorem Domini Templum ac eorum,
 Ut his atque aliis glâ Sanctorum
 Mereretur omnium regna seculorum
 Apud Vallem viridem fecit hospitale
 Quod Peregrinorum est memoriale
 Ut per unam noctem hic ospitarentur
 Simul et Armeni gratis passerentur
 Anni tunc currebant ducenti milleni
 Simul cum duodecim, atque quinquageni
 Inneunte sextili quartus fuit dies.
 Ejus sit remedium sempiterna quies. Amen.

Ex Necrologio Ecclesiae Cathedralis.

Vide Monum. XXXVII. pag. 106. lin. postrema.

MONUMENTVM XXXVIII.

*Bulla Alexandri IV. in favorem data Bernerii Episcopi Cremonensis
an. MCCLVI.*

Alexander Episcopus servus servorum Dei.
Venerabili fratri Episcopo Cremonensi
salutem, et apostolicam benedictionem.

Cum sicut ex parte tua fuit propositum coram nobis, pro devotione quam erga nos, et Apostolicam Sedem geris, per Marchionem Palavicinum inimicum Dei, et Ecclesiae, una cum censu priveris, et familiaribus tuis ejectis per eundem perfidum de Civitate Cremonae exulare extra Sedem propriam fueris coactus, et spoliatus ab ipso bonis Episcopilibus, non habeas alias, unde susentari. Nos tuis supplicationibus inclinati, contrahendi mutuum super hoc usqne ad summam centum marcarum argenti, et te, et successores tuos, ac Episcopatus tui bona dictumque Episcopium propterea creditoribus obligandi, nec non et renunciandi constitutioni de duabus dietis, aedite in Concilio generali, et beneficio restitutionis in integrum, ac etiam conventioni Judicum, si Creditoribus ipsorum nomine Apostolicas literas cujuscumque tenoris imposterum impetrari contigerit, plenam auctoritatem praesentium concedimus facultatem; ita tamen quod tu et Successores tui Creditoribus ipsis hujusmodi pecuniam solvere teneamini, nec non et damna, et expensas, et interesse, si in termino a te statuendo pecuniam non solveris memoratam, et Creditoribus praetextu alicuius constitutionis Canonicae, vel civilis, aut cujuscumque privilegiis, vel indulgentiae pecuniam ipsam in utilitatem ipsius Episcopatus versam fore probandi necessitas non incumbat.

Datum etc. Idib. Februarii Pontificatus nostri anno III.

Ex Campio et apud Zachariam lib. sui pag. 136.

Vide Monum. XXXVIII. pag. 108 lin. 24.

MONUMENTVM XXXIX.

Epistola scripta in favorem Prioris, et Fratrum S. Augustini pro facultate ponendae primae petrae in nova ab ipsis extuenda Ecclesia.

Anno Dominicae Incarnationis MCCLXI. Indictione IV. die XII. intrante Februario Cremonae etc. Cacciacione Dei gratia Episcopus Cremonensis Archipresbytero Cremonensi salutem in Domino. Dilecti nostri Prior et Fratres de conventu Cremonae, Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, qui de nostra licentia, et beneplacito ad honorem

Dei, et Civium utilitatem, de novo intendunt suum locum innire; supplicarunt nobis, quod vobis auctoritate nostra plenius conimitentes mandaremus, quod in dicto loco suum primarium lapidem poneretis; Quo circa discretioni vestrae per haec scripta mandamus, quatenus quandocumque dicti Prior; et Fratres voluerint in loco, quem de novo aedificare intendunt in contrata S. Jacobi in Brayda per nostram licentiam, et auctoritatem, primarium lapidem ponere debeatis; Illam indulgentiam Populo facientes, quam si essemus praesentes, facere possemus. Datum Viterbi IV. Non. Decemb. Pontificatus D. Urbani IV. an. primo.

Ex Monument. MSS. Bonafossæ, itemque apud Zachariam libri sui pag. 137.

Vide Monum. XXXIX. pag. 109. lin. 23.

MONUMENTVM XL.

Actus investiturae per Dominum Caciocomitem Episcopum Cremonae damus, et ejus seduminis juxta portam dictam Episcopi in vicinia S. Michaelis in Magistrum Bonettum Ferrari. Ex Autographo 1288. 27. Martii.

Anno Dominicæ Incarnationis mill. ducent. octogesimo octavo, Indictione prima, die quinto exeunte Martio. In domibus Palatii Episcopalis Cremonæ, in praesentia Dñi Dalphini de Sabloneta, Canonicorum majoris Ecclesiae Cremonæ, et fratri Flaminghi conversi, et Nicolai de Petro Canevari, familiarium ipsius Domini Episcopi, testium ibi rogatorum. Venerabilis Pater Dmns. Cacicomes Episcopus Cremonæ nomine sui Episcopii, locationis nomine investitivit Magistrum Bonettum Ferrarium postulantem, et recipientem pro se, et Magistro Raymundo Patre suo, de domo, et sedumine domus jacentis juxta portam, quae appellatur *Porta Episcopi* jacentis in vicinia S. Michaelis usque ad decem novem annos proxime venientes tantum. Cui Domini colheret ab una parte lectulus aquae agricuæ, a duabus via, et ab alia Episcopium, sive aliis pro Episcopio; ita ut de hinc in antea praedictis investitus, et ejus Pater, et eorum Hæredes tantum ex se descendentes habeant et teneant dictam domum, cum spatio turricellæ, quæ est retro ipsam domum, usque in ripa dictæ Agricinæ: et de ea Domo et spatio faciant quid quid velint, cum accessione et regressu, et cum superioribus et inferioribus suis, meliorando semper et non deteriorando dictam Domum et dictum spatium,

sine aliqua contradictione, salvis pactis et conditionibus infrascriptis: videlicet reddendo et solvendo locationis seu facti nomine de ejusdem domo et spatio, et reddere debeant canevario Episcopii Cremonae annuatim in festo S. Martini tres libras et duos solidos, ad rationem Imperialem, et meliorare ipsam domum et spatium, et non deteriorare; salvo quod non possint aedificare, nec aliquid operis facere in dicto spatio, quod impedit lectulum sive decursum aquae dictae Agricinse, in tantum quod noceat Molendinis Episcopii, ad mase-nandum, quae sunt in dicta aqua: quod quidem si fecerint debeant et teneantur removere ad voluntatem praedicti Dñi Episcopi, vel ejus nuntium, et quod non possint ipsi Pater et Filius removere ullum melioramentum quod in ea Domo et spatio duxerint faciendum. Et praedicta omnia et singula promisit praedictus Magister Bonetus investitus pro se et dicto Patre suo praedicto Dño Episcopo stipulanti nomine dicti sui Episcopii attendere et observare sub poena dupli dicti facti, et dupli damni, et omnium expensarum inde factarum; ita quod cum effectu peti, et exigi possit et cadat nihilominus ab omni suo jure praesentis investiturae si sic non fuerit attenditum in omnibus ut praelegitur; obligando ipse investitus ipsi Dño Episcopo pro inscriptis omnibus firmiter attendendis pacto recipienti nomine inscripto omnia sua bona pignus, de quo pignore pro eo Dño Episcopo et Episcopio se constituit possidere. Qui Dm̄us Episcopus posuit ipsum investitum pro se et dicto Patre suo, in suum et dicti Episcopii locum, et fecit eum Procuratorem, ut in rem suam, usque ad terminum inscriptum decem novem annorum, et dedit ei parabolam intrandi tenutam, et de praedicta domo et spatio pro eis se constituit possessorem.

Ego Medalia de Asinellis Not. Sacri Palatii interfui, et hanc cartam rogatus scripsi.

Ex Monument. MSS. Bonafossa Pag. 121., itemque apud Zaccariam pag. 138.

Vide Monum. XL. pag. 110. lin. 24.

MONUMENTVM XL.

*In quo continetur electio Ponzii Ponzoni in Episcopum Cremonensem
 anni MCCLXXXVIII., ejusque obitus anni MCCXC.*

Altis a natalibus Ponzo sic vocatus
 Factis fulsit talibus q. condecoratus
 Est pontificalibus insulis et datus
 Rite Cremonensibus Pastor, et Prelatus

F. II., ID. ♂ Eps. Bonizo et Cardinal in xpō.

Sed quia nil stabile rerum in natura
 Et omnis ut fragile caro vas casura
 Caput ecce nobile tollunt mortis jura
 Det Deus ut anime bona permanstra

Sero sexta feria
 Transit quarto deno
 Julii dominica
 Datur Mausoleo

Ibant anni domine
 Cui cummileno
 Centum bis tunc ordine
 Juncto nonageno.

*Ex Necrologio Ecclesiae Cremonensis.
Vide Monum. XLI. pag. 112.*

MONUMENTVM XLII.

*Investitura Feudorum Oscasalium, anno 1289. ultimo Novembris sub
 Episcopo Pontio Ponzono.*

Anno Domini Incarnationis millesimo ducentesimo octagesimo
 nono ind. tertia die mercurii ultimo mensis Novembris super Pallacio
 Episcopij Cremonen coram veneribili Pre D. Pontio Dei grā. Cre-
 monen. Episcopo et comite pñtibus. iñstis paribus Curie ipsius D.
 Epī et Comitis ex parte sui Episcopij et Comitatus prout ipse D.
 Epūs et Comes et ipsi pares Curie confessi fuerunt nec non pñtibus
 iñstis testibus ibi rogatis confessi et manifesti fuerunt D. Egidiolus
 et Majochus fratres de Hoscasalibus pro se et d. d. Nicolao et Roffino
 fratribus. suis filiis et heredibus d. Lanfranchini de Hoscasalibus q.dām.

se se Vasallos ipsius d. Epi. et Comitis ex parte sui Epis. et Comitatus et se tenere et possidere honorifice in feudum et pro feudū per se et antecessores suos et qui habent causam ab eisd. vel ab aliquo seu aliquibus eurumidem ab ipso Dño Epō. et Comite ex parte sui Episcopii et Comitatus et ab aliis Episcopis p. successoribus suis tanq. eorum rectum et honorabile feudum paternum avitum et per avitum ut antiquum et antiquissimum omnia queq. inferius continent. videlicet totam decimam et decimariam et jus decimationis petendorum et colligendorum fructum occasione decime totius territorij et Curtis Hoscasalis.

Item totam decimam et decimariam et jus decimationis petendorum et colligendorum fructum terrār. et territorii Zanenghi a Farfenghi. Item totum illud quod Cateni habent tenent seu soliti sunt habere et tenere in territorio a predicta curia Hoscasalis. Item generaliter totum et omnem honorem dicte Curie Vescasalis in qua et sub qua Curia continentur terra et territorium Zanenghi et Farfenghi et S. Martini de Casapagana scilicet honorem terrarum arativarum pratiavarum buscatarum zerbiorum molendinorum vadorum molendinorum piscarionum pascuum malgarum et bestiarum et pecudum venationum et cuiuslibet alterius generis honorantie Curie, que quidem omnia p̄tus D. Ep̄us. et Comes nomine sui Episcopii et Comitatus in infrascriptis Instrumentis et juribus investiture iustius feudi factis ab aliis Episcopis Cremoneñbus predecessoribus suis quod de predicto feudo in predecessoribus historum investitorum de Hoscasalibus et auditis confessionibus infrascriptorum parium Curie Episcopii Cremonen et ipsius D. Episcopi et comitis guarentavit et confessus fuit sine suo cuique Episcopii pregiudicio et sine pregiudicio alicujus habentis causam ab Episcopo Cremone esse veras unde prenominatus D. Episcopus et Comes nomine sui Episcopij et Comitatus cum anulo aureo quem in sua manu tenebat investivit honorifice in feudum et pro feudum predictos D. Egidolum et Majoccum fratres filios et heredes cum infrascriptis fratribus suis D. Lanfranchini q. de hoscasalibus postulantes et recipientes suo nomini et nomine Dñorum predictorum Nicolini et Ruffini fratrū suorum de predicta tota decima et decimaria et jure decimationis petendorum et colligendorum fructuum occasione decime totius territorij et Curtis Vescasalis detracta quarta Ecclesie et de honore ipsius curie, et de tota decima et decimaria, et jure decimationis petendorum et Colligendorum fructuum occasione decime terrarum et territoriorum Zanenghi et

Farsenghi que continentur in predicta Curia Vescassalis detracta quarta plebis de omni eo et eo toto quod predicti Cateni habent et tenent seu soliti sunt habere et tenere in territorio et Curia Vescassalis et de omni honore et de omni eo et toto jure et honore quod et quem haberunt D. Episcopus et Comes nomine sui Episcopii et Comitatus in predictis terris arratoriis pratis zerbiis pascuis erbaticis molendinis et vadis molendinorum piscationibus uccellationibus et venationibus et in malgis ponendis et proibendis et generaliter de omnibus aliis et siugulis que superius continentur salvo tamen juro Ecclesiarum et omnium personarum habentium causam de predictis ab ipso D. Episcopo vel ejus predecessoribus vel ab Episcopo Cremonensi de aliquo vel aliquibus predictorum tamquam de eorum recto et honorabili feudo paterno avito et pro avito et antiquo et antiquissimo ita ut de hinc in antea predicti iuvestiti et predicti fratres eorum et ipsorum heredes et cui dederint secundum jus et usum feudi habeant et teneant predictum feudum et ea omnia et singula de quibus sit presens investitura feudi, et de eo et eis facient quidquid voluerint secundum jus et usum feudi sine alicuius contradictione et per hanc investituram feudi predictus D. Episcopus predictis iuvestitis isto nomine et recipientibus dedit nomine isto et cessit omnia jura omnesque actiones et rationes reales et personales civiles et naturales que et quas ipse Episcopus habebat et que ad ipsum D. Episcopum et Episcopum pertinebant in predicto feudo seu in predictis omnibus de quibus sit presens investitura feudi contra quascumque personas et contra tenutores et laboratores terrarum ipsius Curie et contra possessores eorum decimarum et honorum eorum nomine vel occasione in agendo defendendo petendo exigendo in omnibus et per omnia facendo posuit dictas investituras accipientes nomine isto in suum et dicti Episcopij locum et fecit eos procuratores ut in rem suam vel quasi et dedit eis parabolam intrandi tenutam vel quasi et de ipso feudo seu de aliis omnibus de quibus sit presens investitura feudi pro ipsis iuvestitis recipientibus nomine isto se constituit possessorem, et hoc totum fecit predictus dominus Episcopus et Comes salvo jure Ecclesiarum et omnium personarum et salvis et iuvestitis factis a se et a suis predecessoribus de predictis vel de aliquo vel aliquibus predictorum et salvo quod ipse D. Episcopus nec habentes causam ab Episcopio Cremonensi non teneantur eidem iuvestiti nec suis fratribus nec eorum heredibus nec habentibus causam ab eisdem ad pre-

stacionem alicujus decime de fructibus suarum terrarum et salvo quod ipse D. Episcopus nec episcopium non teneatur de evictione nec ad aliquod interesse eisdem investitis nec pro suo facto nec pro alieno. Ibiue fuerunt pares. Curie Episcopatus D. Episcopi et Episcopij D. Leonardus de Amatis et Baltasar de Cervis et Fulconius de Ponzonibus sed testes rogati fuerunt ibi ihy videlicet D. Andreolus de Gulferamis et Zanoldus de Sancto Petro et Montinus de Amatis et Gerardus de Guazonibus et Franciscus de Cervis.

Post que quidem statim et incontinenti et in presentia predictorum parium curie supradicte et D. Episcopi et Episcopii prefati D. Egidius et Majoccus fratres de Hoscasalibus investiti tactis scripturis sacrosanctis coram predicto D. Episcopo et Comite fecerunt Sacramentum fidelitatis et juraverunt corporaliter ad Sancta Dei Euangelia fidelitatem eidem Domino Episcopo et Comiti contra quascumque personas salva fidelitate Imperatorum et ejus successorum et quod non erunt in consilio neque facto ubi predictus D. Episcopus perdat vitam vel membrum nec suum rectum honorem nec sui Episcopij et quod si sibi commiserint scripto vel ore nulli manifestabit et si sciret qui vidit faciem contra ipsum D. Episcopum aliquod predictorum quod se oponet et prohibebit si poterit ne illud fiat et quod si prohibere non posset quod sicut poterit citius eidem D. Episcopo illud manifestabit per se vel per nuntium vel per litteras et si contingavit ipsum D. Episcopum rem aliquam perdere casu fortuito ipsum recuperare juvabit, et eam recuperatam sibi D. Episcopo et Episcopio omni tempore retinere.

Ego Medalia de Asinellis Not. sacri Palatii intersui et hanc cartam rogatus scripsi.

Ex libro monument. MSS. Bonafossa prope finem sub n. 4.

Vide Monum. XLII. pag. 113. lin. 22.

MONUMENTVM XLIII.

Sub Rainero de Casulis Episcopo. Actus unionis Præbendarum Simplicium primo vacaturarum Præbendis Sacerdotalibus Ecclesia SS. Egidii et Homoboni per Franciscum, et Emanuelem Vicarios Generales.

In nomine Domini. Amen. Mill. tercentesimo septimo Indict. quinta die 25. Maii in Ecclesia Majori Cremonae. Praesentibus Dño Egidio De Bonseris, Dño Maximino de Ponzonibus, præ Nicola Rectori S. Donati, Præ Gullielmo Praeposito dictarum Ecclesiarum.

Constitutis in praesentia R. R.orum Virorum Dño fratre Joanne, et Manuello Vicariis Episcopi Cremonae, discretis Viris: Dominis præ Gullielmo de Bernardis Praeposito præ Montino de Carubio, vel Marubio, Egidio et Gottalengo de Madalbertis, præ Federico de Favagrossis, et Jacobo de Sanxillo, fratribus, et Canonicis dictarum Ecclesiarum SS. Egidii et Homoboni de Cremona, propter hoc specialiter congregatis, et eisdem Domini Vicariis exponentibus, quod propter tenuitatem reddituum Praebendarum Sacerdotalem, et communis, in ipsis Ecclesiis, non poterat, ut decebat, et ab olim fuerat observatum, divinum Officium celebrari, cum Sacerdotales praebendae adeo sint exiles, quod propter assumptas nolunt in jam dictas Ecclesias residere, ut pote non valentes ultra septem libras Imperiales, et redditus etiam communis adeo vilis, quod servitores, et obsegales necessarii ad Divinum Officium, et servitium Domini nequeunt inveniri, vel ipsis iuventis, non potest salarium competens assegnari: Et petentibus, ut super hoc, iidem Domini Vicarii, una cum ipsis Praeposito et Canonicis deberent utiliter providere. Tandem post tractatum et deliberationem habitos, considerantes iidem Domini Vicarii, Praepositus, et Canonicus, quod de Praebendis simplicibus Clericorum, qui ex quodam abuso fructus Praebendarum recipiunt, nullumque impendunt Ecclesiis famulatum, poterant auctoritate predicta utile remedium, deliberaverunt constitutionem facere infrascriptionem. Ad honorem Dei, et ipsius Cultus Augmentum, nec non dictorum SS. Egidii et Homoboni. Statuerunt namque praedicti Domini Praep. et Canonicus de consensu, auctoritate, et beneplacito dictorum Domini Vicariorum, et ipsi Domini Canonicus cum ipsis Praeposito et Canonicis, quod iste Praebendae simplices Clericorum primitus vacature, perpetuo sint annexae Praebendis Sacerdotibus, et communi dictarum Ecclesiarum, et quod ad ipsas nullus possit, vel debet eligi, cum vacuerint. Ita quod de coetero, hic sit numeros in jam dictis Ecclesiis, ut videlicet, unus sit Praepositus, duo Sacerdotes, et duo simplices Canonicus, annexa prima una de duabus praedictis Praebendis vacaturis aequaliter duabus Praebendis Sacerdotibus, et reliqua communi praedicto, ut et Sacerdotes, et obsegales melius de coetero valeant inveniri, pro divinis celebrandis, et aliis servitiis faciendis.

Ex libro Monument. MSS. Bonafosse pag. 123.

Vide Monum. XLIII. pag. 121. lin. 16.

MONUMENTVM XLIII.

*Actus Mandati translationis Monialium Sanctae Mariae de Buschetto in
Monasterium de Pippia.*

In nomine Domini amen 28. Maii 1312. ex authografo in archivio S. Monicæ. Cum ad Nos Raynerium Dei gratia Episcopum Cremonensem pervenerit qd. Monasterium Monialium S. Mariæ de Buschetto Cremonensis Diocesis sit adeo taliter dissolntum, qd. Abbatissa ipsius Monasterii vadit vagando, et mereticando per mundum, et qd una sola Soror, sive Monialis remansit ibidem, nec per ipsam dictum Monasterium possit commode gubernari, nec congruum sit, atq. digñu. ipsum Monasterium S. Mariae sine aliqua gubernatione taliter remanere, et nobis ad petitionem Sororis seu Monialis Monasterii prælibati fuit instantissime supplicatum quod ipsum Monasterium S. Mariæ de Buschetto cum omnibus juribus et pertinentiis suis unire et incorporare deberemus Monasterio Monialium de Pippia de Cremona, ut ipsa Soror, et aliae que venire possent, imposterum possent sine ignominia Dei deducere vitam suam, et Nos ad praesens ipsi unioni, et incorporationi, sine ordinatiōne non possumus personaliter interesse, nec velimus, quia propter nostram absentiam bonum et utilitas, quod et quae potest ex unione hujusmodi provenire loco utique impedianter; Religioso, ac discreto viro fratri Joanni de S. Giminiano Vicario nostra auctoritate præsentium commitimus vices nostras dantes sibi plenariam potestatem, qd. ipse possit vice et auctoritate nostra prædictam Sororem seu Monialem, et dictum Monasterium Monialium S. Mariæ de Buschetto cum omnibus juribus suis unire et incorporare cum Monasterio Monialium S. Joannis de Pippia secundum formam juris de Consilio Sapientum, salvo semper, et servato omni jure, qd. Episcopatus Cremonensis haberet in dicto Monasterio S. Mariæ de Buschetto, dantes etiam eidem F. Joanni plenariam potestatem faciendi, et exercendi omnia, et singula, quae in hoc negotio requiruntur, et quae nos facere possemus, si præsentes essemus. In quorum omnium testimonium præsentem Commissionem per Guidonem Notarium infrascriptum publicum fieri mandavimus, nostrisq. sigilli jussimus apprehensione muniri, sub anno ab Incarn. Domini 1312. Indict. X. die 28. Maii. Lata fuit dicta Commissione in Casa de Cassalis Vulturensis Diocesis in Viridario dicti Domini Cremonensis Episcopi præsentibus Fr. Beringerio Rectore Hospitalis S. Spiritus de Cassali Duccio q.m. Domini Bernardini de Monterenaldo, et Lapa Nicolacci de Monte

Castello testibus, ad haec specialiter vocatis et rogatis. Ego Guido Ranucci de Chisuris Imperiali auctoritate Notarius, et nunc praedicti Domini Episcopi scriba praedictis omnibus interfui, et de Mandato dicti Domini rogatus scripsi et publicavi.

Ex libro Monument. MSS. Bonafossa pag. 125.

Vide Monum. XLIV. pag. 125. lin. 26.

MONUMENTVM XLV.

*Sub Episcopo Egidio de Madalbertis, et Egidiolo de Bonseriis.
Actus electionis Domini Egidii de Bonseriis in Episcopum Cremonensem.*

In Christi nomine amen MCCCXII. Ind. XI. die Jovis quintadecima Feb. super Choro Majoris Ecclesiae Cremonae, Missa S. Spiritus cantata, praesentibus praet Gulielmo de Sartio Praeposito Ecclesiarum SS. Egidii, et Homoboni Cremonæ, Presbitero Zanetto de Sedhazariis, Beneficiato Ecclesiae seu Plebis Casalis Majoris, et Stephano de Cucchinis Maxionario Ecclesiae Cremonensis, testibus ibi rogatis. Bonae memoriae Dño Rajnerio Epis. Cremonensi anno Domini millo quadmo Inde undecima, in Provincia Tuscia apud Casullum ubi morabatur universae carnis ingresso, ipsius corpore tradito Ecclesiasticae sepulturae in vigilia nativitatis proxime praeterita, ut publice fertur, in terra de Casullis in Tuscia, discreti viri Domini Maximinus de Ponzonibus Archipresb. Egidiolus de Bonseris, Cinellus de Summo, Otto de Amatis, Jacobus de la Casa de Castro Arquato, Oldrovandus de Oldrovandis, et Rassainus de Bonseriis Can. Cremon. tunc praesentes, diem istam Jovis quintam decimam mensis Feb. cum continuatione duorum sequentium praefixerunt ad electionem sen postulationem futuri Episcopi celebrandam, facientes absentem omnes ad terminum hujusmodi evocari, prout de his constare dicitur per quaedam pubblica Instrumenta. Convenientibus itaque in termino hujusmodi in Choro Cremonensis Ecclesiae omnibus, qui debuerunt, voluerunt, et potuerunt commode intervenire, quorum omnia nomina inferius continentur. Dominus Egidius de Madalbertis Cantor et Canonicus praedictae Ecclesiae vice sua, ac omnium, et singulorum de ipso Capitulo mandato ab eis specialiter ipsi facto, monuit omnes excommunicatos, suspensos, et etiam interdictos, nec non et quocunque alios, si qui essent forsitan inter eos, qui de jure aut de consuetudine interesse in ipso electionis negotio non deberent, qd recederent de Capitulo, alios eligere libere permittentes. Protestans

quod non erat sua vel aliorum intentio tales admittere tamquam jus in electione habentes , aut procedere seu eligere cum eisdem . Immo volebat quod voces talium , si qui reperirentur interfuisse post modum , nulli prestarent suffragium , nec afferrent alicui nocumentum et prorsus pro non receptis , seu pro non habitis haberentur . His peractis et deliberatione habita per quam formam esset in electionis negotio procedendum , tandem placuit omnibus et singulis per viam scrutinii eidem Ecclesiae providere . Unde assumpti fuerunt tres contradictores , videlicet Dm̄nus Egidius Cantator , Egidiolus de Bonseris , et Jacobus de Cassa de ipso Collegio sive digni , quibus ab omnibus et singulis potestas data extitit , ut secreto , et sigillatim vota omnium , primo tamen sua , et postmodum aliorum inquirerent diligenter , et ipsis in scriptis redactis , mox in Ecclesia eadem publicarent . Scrutatores autem ipsi potestatem ipsis traditam acceptantes juxta altare maius se traxerunt , et adjuncto me Notario ad scrutinium processerunt . Scrutando primo ad invicem vota sua juxta formam ipsis traditam in hunc modum ; Duo enim ex hujusmodi , videlicet Dm̄nus Egidiolum de Bonseris , et Jacobus de Cassa , tertium videlicet Dm̄num Egidiolum Cantorem praedictum , per patrem , et filium , et Spiritum Sanctum , et in animae suea periculum adjuravit , ut secundum Deum , et secundum conscientiam , suam mentem in illum dirigeret votum suum , quem Cremonensis Ecclesiae magis idoneum reputarent . Ipse autem taliter adjuratus consensit in fratrem Joannem de Parma Ordinis Praedicatorum , Basalaureum Parisiensem in Theologia in hunc modum , Ego Egidius de Madalbertis Cantor , et Canonicus Ecclesiae Cremonensis consentio in fratrem Joannem de Parma Ordinis Praedicatorum Basalaureum Parisiensem in Theologia ipsumq. nomine eligendum in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cremonensis . Et inde Dm̄nus Egidiolus de Bonseris a suis consociatis scilicet Dm̄nus Egidio Cantore , et Jacobo praedictis forma simili adjuratus consensit in Dm̄num Jacobum de Ponzonibus Archipresb. Plebis S. Mauriti Dioec. Cremonensis in hunc modum . Ego Egidiolus de Bonseris Can. cus Cremonensis consentio in Dm̄num Jacobum de Ponzonibus Archipresb. Plebis S. Mauriti Dioec. Cremonensis , ipsumq. nomine et eligo in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cremonensis . Consequenter tertius scilicet Dm̄nus Jacobus a duobus aliis consociis , ut praemittitur adjuratus , suo nomine et vice Dm̄ni Henrici de Ghioldis Canonici Cremonen. , cuius Procurator erat in hac parte consentit in praedictum

Dm̄num Egidolum de Bonseris in hunc modum. Ego Jacobus de Cassa de Castro Arquato, Dioecesis Placentiae Canonicus Cremonensis, nomine-^{re} mei, et nomine Dm̄ni Henrici de Ghiroldis Canonicus Cremonensis, consentio in Dm̄num Egidolum de Bonseris Canonicum Cremonens. ipsumq. nomine et eligo in Pastorem et Episcopum Cremonensem.

Postea vero absq. alio intervallo iudeum scrutatores processerunt ad scrutinium aliorum secreto, et sigillati votum cuiuslibet exquirentes. Et in primis Dm̄nus Maximinus de Ponzonibus Archipresb. praedictus tamquam qui dicitur habere in Capitulo primam vocem, votatus ab iisdem Scrutatoribus, et juxta formam praemissam etiam adjuratus, consensit in Dm̄num Egidolum de Bonseris praedictum in hunc modum. Ego Maximinus de Ponzonibus Archipresb. Cremonensis. consentio in Dm̄n. Egidolum de Bonseris Canonicum Cremonensem, ipsumq. nomine et eligo in Pastorem et Episcopum Cremonensem. Demum Dm̄nus Cinellus de Summo, Canonicus Cremonensis. adjuratus modo simili, sui nomine, et nomine Dñi. Bonaventurae filii Dm̄ni. Alberti Marzoleni de Bononia Canonici Cremonensis. cuius Procurator est in hac parte, consensit in dictum Dm̄num Egidium de Madalbertis Cantorem, et Can. Cremonensis. in hunc modum. Ego Cinellus de Summo Can. Crem. mei nomine, et Dñi Alberti Marzoleni de Bononia Can. Cremonensis cuius Procurator sum, nomine Dm̄num Egidium de Madalbertis Can. et Cantorem Ecclesiae Crem., in ipsūq. consentio, postulando in Episcopum et Pastorem Ecclesiae Cremonensis. Dm̄nus Otto de Amatis Can. Cremonensis. modo simili adjuratus consentit in Dm̄num Egidolum de Bonseris in huic modum. Ego Otto de Amatis Can. Cremonensis. consentio in Dm̄num Egidolum de Bonseris Cañum Cremonensis. ipsumq. nomine, et eligo in Pastorem et Episcopum Cremonensis. Subaequenter Dm̄nus Raffainus de Bonseris Can. Cremonensis. modo simili adjuratus, sui nomine et nomine Dm̄ni Ghirardi Tertii de Cornazano de Parma Can. Cremonensis, cuius Procurator est in hac parte, consentit in Dm̄num Egidolum de Bonseris Can. Cremonensis predictum in huic modum ego Raffainus de Bonseris Can. Crem. nomine mei, et Dm̄ni Ghirardi Tertii de Cornazano Can. Cremonensis nomine Dm̄num Egidium de Bonseris ipsumq. consentio et eligo in Pastorem et Episcopum Cremonensis. Postea Dm̄nus Oldrovandinus de Oldrovando Canonicus Cremonensis modo simili adjuratus, consentit in Dm̄num Egidium de Madalbertis Cantorem et

Can. Cremonens. in hunc modum. Ego Oldrovandinus de Oldrovandiis Can. Cremonens. nomine Dmūm Egidium de Madalbertis Can. et Cantorem Ecclesiae Cremonens., in ipsumq. consentio postulandum in Pastorem et Episcopum Ecclesiae Cremoens. Subsequenter Dmūs Zannius de Madalbottis Can. Cremonens. Civis Placentiae modo simili adjuratus nominavit et consentit in Dmūm Egidium de Madalbertis Can. et Cantorem Ecclesiae Cremonens. in hunc modum. Ego Zaonius de Madalbottis Can. Cremonens. nomine Dmūm Egidium de Madalbertis Caotrem et Can. Cremonens., in ipsumq. consentio postulandum in Pastorem et Episcopum Ecclesiae Cremonens. Inquisitio itaque sigillatim et secreto voluntatibus singulorum, et per me inscriptum Tabellionem, in scriptis redactis, sicuti superius continetur, ipsi scrutatores de loco, ubi scrutinium fecerant, recedeentes ad alios redierunt, et mox in Ecclesia vota eadem pubblicaverunt; quibus taliter publicatis cum aparet vota omnium in duas partes esse divisa, et Dmūa Cinellus de Summo et Jacobus de Cassa, quibus erat commissa collatio, non concordaverunt in ea facieoda, Dmūs Jacobus de Cassa praedictus, de voluntate eorum, qui in dictum Dmūm Egidiolum de Bonseris praedictam consenserant collationem fecit numeri ad numerum, et zeli al zelum, et meriti ad meritum sub hac forma. Constat Dmūo, quod nos sumus, vocibus illorum, qui computatis, qui debuerunt, et potuerunt commode convocari, numero duodecimi, de quibus sex in Dmūm Egidiolum de Bonseris praedictum et quatuor in Dmūm Egidium de Madalbertis praefatum: at ipse Dmūs Egidius tantum in Fratrem Joannem de Parma praedictum, et Dmūs Egidiolus de Booseris in Jacobum Archipresb. praedictum, sua discordia direxerunt, sicut patet per scripturam, vota seu consensus votorum omnium coointentem. Sic ergo constat, quod major pars totius capituli coosenit in Dmūm Egidiolum de Booseris superdictum et ita videtur ratione numeri aliis praferendus et ratione zeli est similiter praferendus: oam illi, qui nominarunt eundem sunt antiquiores tempore, meritis praestantiores, et in majoribus dignitatibus constituti, quam alii. Item ratione meriti est dictus Dmūs Egidius similiter praferendus. Nam ipse est in coversatione honestus, moribus ornatus, in spiritualibus et temporalibus quam plurimum circumspectus, aetatis legitimae et de legitimo matrimonio procreatus, et in sacris Ordinibus et Sacerdotio constitutus, et convenientis scientiae, et cui multa merita suffragantur. Praedictus vero Dmūs Egidius

de Maddalbertis non est in sacris ordinibus constitutus, propter quod non est aliquatenus eligendus. Non est ad haec sufficiens, pensatis omnibus, ut est praedictus Dm̄nus Egidius de Bonseris. Et ita videatur quod ratione numeri zeli, et meriti est ipse Egidiolus praferendus, et canonice eligendus. Ex adverso autem Dm̄nus Cinellus de Summo praedictus, nomine sui, et mandato illorum, qui consenserunt in Dm̄num Egidium de Madalbertis Cantorem praedictum dixit, ipsum Dm̄num Egidium potius, praferendum, et Canonice postulandum, asserens, quod et si dictus Dm̄nus Egidiolus de Bonseris majorem numerum haberet partium computatione, non tamen perveniat ad maiorem partem totius capituli, nec etiam saniorem, quam requirit Concilium Generale, senior autem erat pars sua, cum Dm̄us Egidius de Bouseris esset insufficientis scientiae, et non commendabilis vita, prout requirit Cañon. Lateranensis Concilii. Quod si fieret de ipso electio esset irrita ipso jure. Et sui electores eligendi canonica potestate privati etiam essent, et aliis suis seguacibus totum jus capituli resideret. Dicti autem Fr. Joannes de Parma, et Jacobus Archipresbiter sunt singulariter vocati. Zelum etiam asseruit se, et partem suam habuisse meliorem. Nam aliqui ex his qui nominaverunt dictum Dm̄num Egidiolum de Bonseris potius carnalitatis et consanguinitatis affectum secuti fuerunt, quam judicium rationis. Ipse vero, et illi, qui consenserunt in Dm̄num Egidium de Madalbertis praedictum ex affectu carnalitatis et consanguinitatis moti non fuerunt. Sed potius ex ipsis meritis probatis, ex quo meliorem zelum eos habuisse constabat. Ratione insuper meriti esse eundem Dm̄num Egidiuum de Madalbertis praefereendum. Ipse namq. Decretorum est Doctor, et longo tempore in pluribus publicisq. famosis studiis plurimos in Canonibus eruditivit, et licet nunc sit in Crem. Ecclesia pro expeditione hujns electionis; actu tamen nunc legit Decretum Ordinarie in Civitate Bononiae ubi fuit multis annis ad Salarium Communis ejusdem. Est etiam conversatione honestus, et moribus ornatus in spiritualibus et temporalibus, plurimum circumspectus, aetatis legitime, et de legitimo matrimonio procreatus, licet in minoribus constitutus; praedictus vero Dm̄nus Egidiolus de Bonseris nec litteratura habet sufficientem, nec vitae est commendabilis prout requiritur in promovendo ad Episcopalem honorem. Sicq. patet quod communis senioris partis, melioris zeli, et melioris meriti, ipse Dm̄nus Egidius de Madalbertis est praedicto Dm̄no Egidiolo de Bonseris, et aliis

etiam praeferendus: et pars quae consentit in eum debet senior et
enclor reputari, quidquid adserat pars adversa. Collatione igitur
facta taliter hinc et inde, quidam dictum Dñnum Egidiolum de
Bonseris nominaverunt volentibus aliis aquiescere, vel etiam dicenti-
bus suam partem esse altera saniorem, et suis volentibus instituere
nominatis tandem dictus Dñnus Jacobus de Cassa, de mandato eo-
rum, qui in Dñnum Egidiolum de Bonseris direxerunt vota sua, et
eligit eum vice sua et illorum, videlicet in hunc modum. In nomine
Patris et Filii et S. S. amen. Cum vacante Ecclesia Cremonensi per
mortem Dñni Rainierii Epis. Crem. vocatis, qui fuerant vocandi, et
praesentibus die praefixa omnibus, qui debuerunt, voluerunt, et
potuerunt commode interesse placuit omnibus per formam scrutinii
vacanti Eccl. providere, factoq. scrutinio juxta formam Concilii Ge-
neralis, ac eo pubblicato, et colatione habita diligenti, repertum
fuit majorem et saniorem partem totius Capituli direxisse in Dñnum
Egidium de Bonseris Canonica dictae Ecclesiae vota sua; virum utiq.
providum et discretum, litterarum scientia, et moribus, et virtuosis
actibus mire commendatum, in sacris ordinibus, et aetate legitima
constitutum, ae de legitimo matrimonio procreatum in spiritualibus
et temporalibus quam plurimum circumspectum. Id circa ego Jaco-
bus de Cassa de Castro Arquato Canon. Crem. vice mea, ac om-
nium adhaerentium in ipsa electione jus habentium, ex potestate
mihi ab illis, qui vota sua direxerunt in dictum Dñnum Egidiolum de
Bonseris tributa, tradita, et concessa dictum Dñnum Egidiolum de
Bonseris, invocata Spiritus S. gratia, eligo in Episcopum et Pasto-
rem, Ecclesiae Crem. Electio autem hujusmodi celebrata est a praedi-
cti, qui in dictum Dñnum de Bonseris, consenserant approbata
cantando Te Deum laudamus, &c. et sic predicta electio fuit per
dictum Dñnum Jacobum coram Clerum et Populum publicata.

Post quae statim et in continenti, praesentibus Dñi Jacobo et
sequacibus et *Te Deum* cantibus Dñnus Zanninus de Malabottis de
Placentia Canone. Crem. de Mandato eorum qui in praedictum Dñnum
Egidium de Madalbertis consenserant, et apud quos remanserat, ut
dicebat, capituli tota potestas ex delicto per alios in electione com-
misso vice sua, et ipsorum sub hac forma Dñnum Egidiolum de Mad-
dalbertis postulandum in Episcopum et Pastorem. In nomine Patris
et Filii et S. S. amen. Cum vacante Ecclesia Cremona per morte Dñni
Raynerii Episcopi, vocatis qui fuerant vocandi, et praesentibus diae-

praefixa omnibus, qui debuerunt, voluerunt, et potuerunt commode interesse placuerit omnibus pro forma scrutinii, vacanti Ecclesiae providere, factoq. scrutinio juxta formam Concilii Generalis, ac eo publicato, et electione habita diligenti repertum fuerit seniorem partem totius Capituli dixerisse in Dmū Egidium de Madalbertis, Cantorem et Canonicum praedictum vota sua, virum utiq. providum et discretum de legitimo matrimonio procreatum, in spiritualibus et temporalibus plurimum circumspectum; Idcirco ego Zanninus de Malabotti de Placentia Csn. Crem. vice mea, et illorum, qui in ipsum Dmū Egidium consenserunt, et apud quos remansit jus et potestas capituli, ex delicto per aliam partem in praedicti Dmū Egidios de Bonseris elect. commisso, ex potestate per eos mihi tradita et concessa dictum Dmū Egidium de Madalbertis Cān et Cantorem in Minoribus constitutum pro necessitate et utilitate ipsius Ecclesiae Crem., quae longo tempore secundum rem fuit Pastorali.

*Ex libro Monument. MSS. Bonafosae pag. 127. in quo plura desunt.
Vide Monum. XLV. pag. 127. lin. 20.*

MONUMENTVM XLVI.

Quo continetur exemplum a Balbone Notario scriptum, subscriptumque anno 1317. jussu D. Oberti Episcopi Cremonensis, qui eo anno decretem fecit, dispositumque de corpore, et reliquis Beati Gregorii Martyris, itemque de Ecclesia Sancti Michaelis, ejusque bonis et possessionibus, quod ad ipsum solum Episcopum pertineant. Decretum autem istud scriptum, subscriptumque fuit anno Dominicae Incarn. millesimo centesimo trigesimo secundo, depromptum ab altero anni 1317. cum esset Episcopus Cremonae D. Aegidius de Madalbertis. Constituitur etiam ibidem, quod Ecclesia S. Michaelis, et bona tam ipsius Ecclesiae, quam S. Gregorii de caetero sint communia. Decernitur demum, quod ibi sit Praepositus cum Canonicis, et presbyteris Octo, qui ad ipsum solum praepositum nomine Octonem pertineant. Et in fine subscriptitur Obertus Cremonensis Episcopus.

In nomine Domini Amen. Anno Dominice Incarnationis millesimo trecentesimo septimo decimo Indictione quinta decima die quinto mensis Maj. Cremona super sala episcopal palatii presentibus religiosis et reverendis Viris dominis Abbramino abbe monasterio Sancti Laurentii Cremonae Guillio abbate monasterii Sancti Thomaxii Fratre Alberto preposito Sancti Cathaldi Fratre Thomazio prelato

Domus Sancti Habundi Gaillo Preposito Sanctorum Egidii et Homboni domino Johanne Preposito Sanctorum cosme et damiani cremonae testibus presentibus et rogatis hoc exemplum per me subscriptum Balbonem not. subscriptum ex autentico manu. Jovisalte not. subscripto Domino Guillo de Ghoghis Archipresbitero Plebis Sancti Andree ultra padum Diocesis Cremonensis ac Vicario Venerab. Pat. Domini Egidij Dei gratia in Episcopum Cremonensem electi et confirmatus insinuatum fuit et in ejus presentia per me ipsum Balbonem et alios subscriptos Not. diligent. cum autentico absuntatum, et cum dictus Dominus Guillns Vicarius viderit ipsum cum ipso autentico concordatum ut adhibeatur eidem exemplo de cetero plena fides suam auctoritatem interposuit, et decretum. Tenor autem Instrumenti talis est. Die Veneris qui fuit quinto kalendas Maii in Civitate Cremona in domo Domini Oberti Cremonens. Epi. que erat desuper Capella S. Stephani sita in psalatio ipsius Domini Epi. presentia bonorum hominum quorum nomina subter leguntur Dominus Obertus Cremonen Epus hujusmodi ordinationem et institutionem et dispositionem fecit de Corpore et reliquiis beati Gregorii Martiris que ad ipsum solum Episcopum pertinent et de possessionibus et bonis ipsius S. Gregorii. Itemque de Ecclesia S. Michaelis sita in burgo ipsius Civitatis qui dicitur Burgus S. Michaelis et de ejusdem Ecclesie S. Michaelis possessionibus et bonis que similiter ad jam dictum solum Episcopum pertinent. Dicens ego Obertus Cremonen. Epus constituo et ordino ut Corpus ac Reliquie S. Gregorii Martiris que ad me solum pertinent amodo condiantur ac celebrentur in jam dicta Ecclesia S. Michaelis et perpetuo ibi sint et permaneant. Ita ut nec mibi nec meo successori nec alicui alii persone amodo liceat jamdictum corpus et reliquias S. Gregorii inde tollere et auferre vel alibi tranferre. Insuper constituo et ordino ut omnes possessiones ac bona ipsius Ecclesie S. Michaelis, et S. Gregorii de cetero sint communia et unita eademque sit Ecclesia S. Michaelis et S. Gregorii et una, itemque constituo et ordino ut de inceps sit ibi canonica et Prepositus et Canonicus et Presbiteri Octo, sit ibi Prepositus quem jam ibi feci Prepositum. Ita ut ipsa Canonica Ecclesia et Prepositus et Canonicus ad me solummodo et ad meos successores pertineant et nemini alii subjaceant et successores ipsius. Prepositi Octonis et futuri Canonicus per me meosque successores in ipsa Canonica et Ecclesia ordinetur abeque consilio et interventu Canonicorum majoris S. Cremonensis Ecclesie

nec aliquis de ipsa majori Ecclesia in ipsa ordinatione sit nec vocetur. Canouicos vero qui fuerint jam ordinati in ipsa Ecclesia et Canonica S. Michaelis ordinavi et ibi constitui. Si quis vero quod absit hoc meum decretum, et ordinationem et constitutionem infringere vel violare temptaverit maledictio Domini sit super eum et anathema sit. Custodientibus vero et observantibus benedictio Domini sit super eos. Hoc autem factum est anno Dominice Incarnationis Mille cent. sexagesimo secundo suprascripta die Iudictione decima. Ibi fuerunt rogati testes Albricus Sacchellus et Ardictionus de Stratha et Scazzola de Stratha et Pipinus ejus filius et Pozo, et Mussus de Vacchareza et reliqui plures. Insuper etiam predictus Dominus Episcopus investivit ibidem in presentiam predictum Octonem Prepositum ipsius Ecclesie S. Michaelis et S. Gregorii nomine ipsius Ecclesie de S. Corpore et reliquiis S. Gregorii et ejus Possessionibus et bonis et de ipsa Ecclesia S. Michaelis et possessionibus et bonis ipius Ecclesie ut ita sint et permaneant ut supra declaratum et dispositum est. Ego Obertus Cremonen. Episcopus scripsi. Ego Jovisalta Notarius interfui et hoc breve constitutionis et ordinationis jussione ipsius Dñi Episcopi scripsi.

Ex libro privilegiorum Episcopii Cremonensis pag. 189.

Vide Monum. XLVI. pag. 135. lin. postrema.

MONUMENTVM XLVII.

Aegidius permissione divina electus Cremonensis dilectis in Xto Abbatissae, et Monialibus Monasterii dicti de Cistello Cremona salutem in Dño sempiternam anno MCCCXIX.

Dum omnium Status lugubris, et horrendus Civitatis, et Dioecesis Cremonensis se nostrae mentis oculis representat, praecordiali dolore nimium premimur, sed tunc vere concutimur, et tacti dolore cordis intrinsecus in voce graviter dolentis erumpimus, cum andivimus, quod propter prostrationem Civitatis praedictae, quae olim erat plena populis et domina gentium, multis ornata monilibus, Moniales et Deo dicatae Virgines ab oculis hominum alienae, et viventes solitariae sicut passeris, coactae sunt, et coguntur sua Claustra juxta Civitatem posita exire, seque in dominibus saecularium intra Civitatis muros conferre, et spoliatae bonis propriis, non valentes possessionibus, et redditibus suis uti propter guerrarum discrimina, et paupertatem nimiam, mendicare eas opporet, et quod summe do-

lendum est, per vicos forsan discurrere et plateas.... Sane inter alia Monasteria monialium depauperata, et in quibus habitare nec licet, nec licuit, jam est diu propter malignorum incursus.... Monasterium S. Bernardi positum juxta Cremonam, in quo cum non possint nec potuerint diu abitare honeste et tute ipsius Monasterii Moniales.... cogimur ex officii debito de earum statu prout est possibile secundum malitiam temporis providere. Attendentes itaque quod hoc melius fieri nequit quam si dictum Monasterium alteri Monasterio uniatur, et incorporetur cumque ad hoc nullum sit Monasterium aptius, quam Monasterium vestrum.... ex nostra ordinaria potestate dictum Monasterium S. Bernardi, ipiusque Moniales vestro Monasterio incorpandas et uniendas perpetui duximus per praesentes cum omnibus possessionibus bonis, et juribus ad illud spectantibus.

Actum Cremonae in domo habitatiois nostrae anno Dñi M. CCC. XIX. Indic. II. die VI. Octobris Pontificatus SS. Patris Dñi nostri Joannis Papae XXII. anno IV. praesentibus.... Andrea de Lanzonibus Can. Ecclesiarum SS. Egidii, et Homoboni.

Ex libro Monument. MSS. Bonafossa pag. 118.

Vide Monum. XLVII. pag. 136. lin. 8.

MONUMENTVM XLVIII.

In quo Aegidius de Madalbertis Episcopus commendat Religioso viro Thome de Scto Abundio Fabricam Ecclesie Majoris Cremonensis anno MCCCCXIX.

Egidius permissione divina electus Cremonen. Religioso viro Fratri Thome de Domo S.ti Abundii de Cremona ordinis humiliator. salutem in Dño Inter alia quae nobis incumbunt non minimum est quod opus laborerii seu fabricae majoris Ecclesiae Cremonen. bene et laudabiliter fiat et quae deputata sunt fabricae queq. propter ipsam Ecclesiae offeruntur custodiantur fideliter, et provide expendantur hinc est quod de fidelitate, et discretione vestra quamplurimum confidentes curam, et administrationem laborerij, et fabricae supradictae vobis soli committimus usq. ad nostrae beneplacitum voluntatis dantes vobis plenam et liberam facultatem agendi, petendi in judicio et extra exigendi, et recipiendi, et omnia, et singula faciendi per vos et alias quae ad prefatam fabricam pertinent, et pro ipso laborerio fuerint opportuna, firmiter sperantes quod Deo primo postmodum nobis bonam et fidelem reddatis de omnibus rationem. Volumus autem quod Religiosus

Vir Frater Andreas Prior Sanctae Pelagiae de Cremona Vicarius notariorum per se vel alium vos in possessionem domorum dicti laborerij ceppi seu fabricae praedictae inducat, et defendat inductum, et hoc sibi tenore presentium duximus specialiter committendum, in cuius rei testimonium presentes nostras litteras fieri, et publicari fecimus per Notarium infrascriptum, et sigilli nostri appensione muniri. Act. et Dat. Avinioni apud Hospitium nostrae habitationis die quarto Augusti anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono Indictione II, Pontificatus S.ni Patris et Domini Joannis P. P. 22. anno tertio presentibus honorabilib., et discretis viris Dno Martino de Madalbertis de Cremona legum Doctore, Magio Cabrino de Gotalengo Dno Andrea Canonico Ecclesiae Sanctorum Egidi et Homoboni, et Bartolomeo de Bozolo de Cremona testibus ad premissa vocatis, et rogatis.

Et ego Nicolaus Frederici de Macerata publicus Aplica et Imp. auctoritate Notarius qui una cum dictis testibus commissioni hujusmodi, et omnibus supradictis interfui presentes litteras exiude factas de mandato dicti Domini electi scripsi, et in hanc publicam formam redegi solito signo meo et nomine roboroando.

*Ex libro Monument. MSS. Bonafosse. Ultima pag. sub n. 5.
et anno 1319.*

Vide Monum. XLVIII. pag. 136. lin. 12.

MONUMENTVM XLIX.

*Monument. quod extat in Ecclesia S. Dominici in pariete chori literis,
quas gothicas appellant.*

SEPVLCRVM . Q. DAM
D. FR. HVGOLINI . D. S.º
MARCO . DE . PARMA
EPI. CREMONEN. ORDIS . PDI
CATOR. QVI . OBIT . M
CCCLXII
QVI . ROGAT . VT . OMNES
ORENT . PRO . EO

Alterum ibid.

FR. VCOLINV. DE . S. MARCO DE . PARMA
ORD. PRAEDICAT. EP. CREMONAE. HIC . JACET
OBIIT . DIE . XVII. MENSIS . APR. AN . D. MCCCLXII

Vide Monum. XLIX. pag. 137. lin. 6.

MONUMENTVM L.

BERNARDO . RVBEO . EPISCOPO . NOVARIENSI
 PETRVS . MARIA . RVBEVS
 BERCETI . ET . MVLTORVM . AGRI . PARMENSIS
 COMES . INCLVTVS . AC . DOMINVS
 FILIO . IMMATVRA . MORTE . SVBLATO . FACIVNDVM
 MANDAVIT
 VIXIT . ANN . XXX . MENSES IIII . DIES . XXI
 MCCCC . LXVIII

*Ex Epigrafe Sepulcrali aique ex Fastis Novariensis Ecclesiae .
 Vide Monum. L. pag. 148. lin. 11.*

MONUMENTVM LI.

Epistola Joān Galeatii Sforiae de electione Joannis Stephani Butichiellae ad Episcopatum Cremonensem. Anni MCCCLXVII.

Gio. Galeazzo Sforza Visconte Duca di Milano.

Dilectiss. Nostri, la Santità di Nostro Signore, come dovete haver inteso, hà dato con nostra bona volontate al Ven. D. Gio. Stefano Butichiella nostro carissimo el Vescovado di questa nostra Città di Cremona, del quale così havemmo havuto singolarissimo piacere, e contento, e voi per rispetto dell'invittissima prudenza, et infinite virtuti di sua Signoria accadendo venire doverli al detto Monsign. Volemo li facciate quella racolienza, et honore, quale merita, e se conviene a così degno prelato, et in pigliar la possessione di quel Vescovato sive per lui, sive per qualche suo messo, et Procuratore gli prestare ogni ajuto, et favore, et li facciate ogni altra cosa spettante a quella Mensa Episcopale, e contro a ciascun suo debitore le facciate sommaria giustizia, mentre così è nostra mente.

Dat. Papiae die XXII. Februarii 1467. Subscripta Galeaz. etc.

In Calce Galasius Amidanus Secret.

A tergo Spectabilib. et Egr. Milit. ac Nob. Viris Dominis Comiss. Potestati, Referendario, et Decurionibus Civitatis Cremonae dilectis nostris.

Ex libro Arisii Cremona literata tom. I. pag. 299.

Vide Monum. LI. pag. 148. lin. 22.

MONUMENTVM LIII.

HOC . MONVMMENTVM . IO . FRANCISCVS . DE . LA . TORRE
 COMES . PALATINVS . AC . DVCALIS . QVAESTOR
 REVERENDISS . IN . CHR . PATRI . D . JACOBO . ANT . DE . LA . TORRE
 EPISCOPO . CREMONENSI
 DVCALI . SENATORI . PATRI . AC . BENEFACTORI . OPTIMO
 LEZADRAE . VXORI . SVAE . CARISSIMAE
 SIBI . LIBERISQVE . SVIS . AC . POSTERIS . P
 ANNO . SALVTIS . MCCCCCLXXXIII
Ex gentilitio monumento, quod extat Mediolani.
Vide Monum. LII. pag. 150. lin. 10.

MONUMENTVM LIII.

Quo continetur Epistola gratulatoria scripta ab Urbe Cremonensi pro
 electione facta Ascanii Sforiae in Episcopum Cremonensem. Anno
 MCCCCXXCVI.

Reverendissime in Christo P., et Illustrissime D. Noster
 Observantissime, Praesul Optime.

Summa animi jucunditate his proximis actis diebus andivimus,
 te per S. P. Divina accedente gratia, et Illustrissimi Principis nostri
 consensu Nobis Episcopali sede vacante, ipsius nostrae Ecclesiae per-
 petuum Administratorem fuisse designatum; Quamobrem ineffabile
 dictu est, quam singulari luctu, et jubilatione omnis hic Populus,
 nonque omnes repleti fuerimus, praesertim dum mente revoluimus
 quanta dilectione habemus ab illis quond. fel. record. Divis Princi-
 pibus Parentibus tuis, quorum memoriam, dum vita nobis comes
 erit, semper tenebimus, posteritatique nostrae in aeternum relin-
 quemus; quoniam ab ipsis dilecti et veluti oculi pupilla assidue
 conservati fuimus, et sic nobis persuadendum, immo certum tenemus
 Te tamquam ramum fructuosum ex tam dulci, et amena arbore de-
 rivatum, nobis in amore minime dissimilem futurum, et non minori
 sapore coreponsurum; Digna tamen res est, et in corpore juris
 reperitur, filium paternae haereditatis dominum, deficiente patre,
 haereditatem jure merito possidere, et profecto ad haec S. P., ac
 Illustrissimus D. noster Dux recte considerantes te Pastorem, ac Pa-
 triae tuae Gubernatorem, ac animarum nostrarum, et ujus Ecclesiae
 administratorem justa sententia pronunciarnnt. Nullus quippe aderat,
 ad quem haec omnia jura praeter te legitime pertinerent, et a quo

nos diligenter custodiri, rectius gubernari, sanctiusque ac nuberius. Coelesti rore depasci possemus. Accedunt etiam ad nostrae consolationis argumentum inenarrabiles virtutes tuæ, maximeque animi tui dotes, quibus insignitus es, ut Rectores Romanæ Ecclesiæ principales (pace ipsorum loquamus.) antecellas, quos si recensere singulariter voluerimus, unde exordium sumere necesse sit ignoramus. Et quia ipsarum bonus odor, ac splendor, nedum per Curiam Romanam, verum etiam per omnes Italæ partes redolent, et coruscant, non laboriosum nobis duximus eas declarare, ne aliquando minori elegancia, minusque apto, quam deceret eloquio ex nostra imbecillitate eas recitare contingeret, sed eum tales sint, ex quibus nobis plane persuadere possimus a prælibata Rev.ma, et Illustr.ma Dominatione tua nihil nisi honestum, et aequum accepturos, Ecclesiam quoque nostram prælibata dominationis tuae ductu optimum regimen, maximumq. incrementum suscepturam, et indefessum propugnatorem, ut opus fuerit, habituram speramus, quod vel hoc unico prælibata Rev.ma, et Illustr.ma dominatio tuae comprobavit arguento, scilicet magno teneri desiderio res hujus suæ Ecclesiae ovesque sibi commissas per semitas Domini. dirigi, etiam nobis omnibus, universoque huic populo morem gerendo Sponsa suæ optimum Gubernatorem designaverit venerabilem scilicet, et eximium J. V. Interpretem D. Johannem de Stabilibus, quem in Vicarium Generalem confirmavit, et denuo constituit, cuius viri vita, integritas, morum excellentia, doctrina, ac modestia apud nos approbatæ sunt, et in hoc præfatae Dominationi tuæ infinitas gratias agimus. Hoc unum etiam te non lateat, quod nos præfatae, Rev.ma, et Illustr.ma Dominationi tuæ filios observantissimos habebis, et cognosces, quos tua in loquendo modestia, in ignoscendo clementia, et jndicando sapientia poterit quo voluerit impellere, atque deducere. Aliud est, quod omnem hanc Civitatem summa, et incredibili consolatione replete, et si fas esset, maxima cum instantia expeteremus, scilicet ut si hue veniendi facultas se offerret, quam citissime venires, tuamque Ecclesiam, et Civitatem inelytam videres, et corda omnia mutuo gadio coram te perfrai. Reliquum est, quod efficacissime a te deposeimus, ut apud sunimum Pontificem impetrare coneris, ut de Sacrosanto Romanæ Ecclesia Thesauro opera tua participes efficiamur, videlicet quod quibuscumque vere pœnitentibus, ac confessis, et corde contritis, hujusmodi tuam Ecclesiam singulis annis visitantibus, manusque ad-

jutrices porrigentibus, a primis vesperis festi Assumptionis B. M. V. usque ad alias secundas vesperas immediate sequentes, omnium peccatorum suorum plenariam indulgentiam perpetuis temporibus duraturam, de benignitate Apostolica largiatur. Faciet enim in hoc praefata Rev.ma, et Illustr.ma D. tua rem nobis, et toti populo Cremonensi gratissimam nunquam de nostra, posteristatisque nostrae memoria excessuram, ac Omnipotenti Deo in primis laudabilem, et acceptissimam, quem enixe rogamus, et obsecramus, ut praelibata Dominationi tuae longos dies; felicesque successus praestare, nosque omnes in gratia praefatae tuæ D. conservare dignetur. Vale Sydus Italiz, et totius Rom. Eccel. ornamentum, et decus, Cremonenseque tuos benigno favore prosequere. Dat. Cremonæ die 22. Septembris 1486. Rev.mæ, et Illustr.mæ D. tua filii Obsequentissimi Canonici, et Capitulum Majoris Ecclesie Cremonæ, nec non praesides negotiis dictæ Civitatis, totusque populus Cremonensis.

A tergo Rev.mo in Christo Patri, et Ill.mo D. D. Ascanio Mariae Vicecomiti tituli S. Viti Diacono Cardinali, ac Bononiensi legato, nec non Ecclesie Cremonensis Administratori perpetuo D. N. Obs.mo

Ex libro Arisii Cremona literata tom. 1. pag. 335.

Vide Monum. LIII. pag. 151. lin. 14.

MONUMENTVM LIV.

In quo continetur Bulla Innocentii III. data anno MCCCCXXCVIII.

*Nonis Aprilis in favorem Ascanii Sforiae contra detentores Bonorum
Episcopatus Cremonensis.*

Innocentius Episcopus servus servorum Dei Venerabilis fratri Epicopo Placent. et dilectis filiis Abbatii Monasterii Sancte Marie Magdalene de Cava Cremonen. Dioecesis ac Preposito Ecclesie Sancte Agate Cremonæ.

Salutem et Apostolicam ben. ad regendum universalis Ecclesie firmamentum fratres nostri Romane Ecclesie Cardinales assistendo nobis submissis humeris operosa sedulitate laborant cum tam ipsius Ecclesie quam orbis incumbentia onera indefessis nobiscum solitudinibus partiantur quare decens et debitum esse conspicimus ut ipsi quos Dominus tamquam precipnas sublimes Ecclesie predicte columnas prerogative sublimavit honore quique in Ecclesiarum defensione ac conservatione libertatum ac iucium earundem indesinenter studia et labores impendunt apud nos prerogativam favoris iuveniant

et gratiarum plenitudinem in suis oportunitatibus consequantur et presertim ut jura et bona eorum preserventur a conatibus perversorum, protectionis nostre munimine circumulta nuper si quidem ex conquestione dilecti filii nostri Ascanii Marie Sfortie Sancti Viti in Macello Diaconi. Cardinalis ac Ecclesie Cremonen. perpetui administratoris per Sedem Apostolicam specialiter deputati perceperimus quod non nulli Archiepiscopi Episcopi aliqui Ecclesiarum prelati et Clerici ac Ecclesiastice Personae tam religiose quam seculares nec non Duces, Marchiones Comites Barones Nobiles Milites et laici communia Civitatum universitates Opidorum Castrorum Villarum et aliorum locorum ac alie singulares persone Civitatum et Dioecesis et aliarum partium diversarum occuparunt et occupari fecerunt Castra Villas et alia loca terras domos possessiones jura et jurisdictiones neconon fructus Census redditus et proventus Mense Episcopalis Cremonensis et non nulla alia bona mobilia et immobilia spiritualia et temporalia ad ipsum Cardinalem et Mensam predictam spectantia et ea detinent indebet occupata seu ea detinentibus prestant auxilium consilium vel favorem non nulli etiam Civitatum et Dioecesis ac partium predictarum qui nomen Domini invacuum recipere non formidant eidem Cardinali super dictis Castris et Villis ac locis aliis terris dominibus possessionibus juribus et jurisdictionibus fructibus censibus redditibus et preventibus eorumdem et quibuscumque aliis bonis mobilibus et immobilibus spiritualibus et temporalibus et aliis rebus ad ipsum Cardinalem et Mensam predictam spectantibus multiplices, molestias et injurias inferunt ac jacturas. Quare ipse Cardinale nobis humiliter supplicavit providere super hoc paterna diligenter curaremus. Nos igitur adversus occipatores detentores et injuriatores hujusmodi illo volentes eidem Cardinale remedio subvenire per quod ipsorum compescatur temeritas et aliis aditus commicendi similia precludatur discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios etiam si sint extra loca in quibus deputati estis Conservatores et Judices prefato Cardinale efficacia defensionis presidio assistentes non permittatis eum super iis et quibuslibet aliis bonis et juribus ad ipsum Cardinalem et Mensam predictam spectantibus ab eisdem vel quibusvis aliis indebet molestari aut gravamina seu danna vel injurias interrogari facturi eidem Cardinale cum ab eo vel procuratoribus suis aut eorum aliquo fueritis requisiti de predictis et aliis personis quibuslibet super restitutione

hujusmodi castrorum villarum terrarum et aliorum locorum jurisdictionum juriū et bonorum mobilium et immobilium reddituum quoque et proventuum ac aliorum quorumcumque bonorum nec non de quibuslibet molestis injuriis atque dannis presentibus et futuris in illis videlicet que judiciale requirunt indaginem summarie et de plano sine strepitu et figura judicii in aliis vero pro ut qualitas eorum exegerit justitiae complementum occupatores seu detentores presuntore molestatores et injuriatores hujusmodi nec non contradictores quoslibet et rebelles cuiuscumque dignitatis status gradus ordinis vel conditionis extiterint quandcumque et quotiescumque expedierit auctoritate nostra per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachio seculari. Non obstantibus tam felicis recordationis Bonifatij P. P. VIII. predecessoris nostri quibus cavetur ne aliquis extra suam Civitatem et Diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue Dioces. ad judicium euocetur. Seu ne Judices et conservatores a Sede deputati predicta extra Civitatem et Dioces. in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere seu aliū vel aliis vices suas coniuncte aut aliquos ultra diuam dictam a fine Diocesis eorumdem trahere presumant dummodo ultra duas dictas aliquis auctoritate presentium non trahatur seu quod de aliis quam de manifestis injuriis et violentiis et aliis que judiciale requirunt indaginem penis in eos si secus egerint et in id procurantes adjectis Conservatores se nullatenus intromiciant quam aliis quibus cumque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus tam de judicibus delegatis et conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad judicium non vocandis aut aliis editis que venire possent in hac parte jurisdictioni aut potestati ejusque libero exercito quomodolibet obviare. Seu si aliquibus coniuncte vel divisim a predicta sit sede indulsum quod excommunicari suspendi vel interdicti seu extra vel ultra certa loca ad judicium evocari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi et eorum personis locis ordinibus et nominibus propriis mentionem et qualibet alia indulgentia dicte Sedi generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam vestre jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri et de quaeviusque toto tenore de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio spe-

tialis ceterum volumus et Apostolica auctoritate decernimus quod quilibet vestrum prosequi valeat articulum etiam per alium inchoatum quamvis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico predictus quid quid a data presentium sit vobis et unicuique vestrum impremissis omnibus et eorum singulis ceptis et non ceptis presentibus et futuris perpetuata potestas et jurisdictione attributa ut eo vigore eaque firmitate possitis impremissis omnibus ceptis et non ceptis presentibus et futuris et pro predictis procedere ac si predicta omnia et singula coram vobis cepta fuissent et jurisdictione vestra et cuiuslibet vestrum in predictis omnibus et singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitime extisset. Constitutione predicta super Conservatoribus et alia qualibet, incontrarium edita non obstantibus presentibus quandom dicitur Cardinalis ejudem Ecclesie administrator extiterit seu alias illi presuerit dumtaxat valitatis. Dat. Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quadrigentesimo octuagesimo octavo non. aprilis pontificatus nostri anno quarto.

Sott. Visa Bonatus

Sott. Jo. Pet. Arrivabenus

Ex libro Privileg. Episcopii Cremonensis pag. 225.

Vide Monum. LV. pag. 151. lin. 25.

MONUMENTVM LV.

Monum., quod extat Roma in Ecclesia S. Mariae de Populo, auctore Julio II. Summo Pontifice ad honorandam memoriam Cardinalis Ascanii Mariae Sfortiae.

D. O. M.

ASCANIO . MARIAE . SFORTIAE

VICECOMITI . FRANCISCI . SFORTIAE

IN SVBR . DVCIS . F. CARD . S. R. E. VICECANCELLARIO

IN . SECUNDIS . REBVS . MODERATO

IN . ADVERSIS . SVMMO . VIRO

VIXIT . ANN . L . MENS . II . D . XXV .

JVLIVS . II . PONT . MAX . VIRTUTVM . MEMOR

HONESTISSIMARVM . CONTENTIONVM . OBLITVS

SACELLO . A . FVNDAVENT . ERECTO

POSVIT

M . D . V .

Vide Monum. LV. pag. 151. lin. 6.

MONUMENTVM LVI.

Epistola scripta Venerabili fratri Hier. Vidae Alben. Episcopo nomine Summi Pontif. Pauli III., ut ad Concilium Tridenti hadendum se conferret. Anno MDXLIII.

Foris: Venerabili Fratri Jer. Vidae Alben.

Intus vero: Ven. Fr. sal. = licet generaliter te cum Prælatis monuerimus, ut ad universale Concilium Tridenti indictum te conferres, tanien idipsum specialiter ob probitatem, et doctrinam tuam tecum agendum existimantes hortamur tibique præcipimus, ut ad dictum Concilium quam primum te conseras.

Datum Placentiae XIV. Aprilis MDXLIII. ann. IX. BLOS.

Ex Archivio Vaticano apud Vairanum Monumenta Cremonensia.

Vide Monum. LXI. pag. 157. lin. 14.

MONUMENTVM LVII.

Monumentum, quod extat Cremonae in Templo Majoris Ecclesiae prope Sacellum SS. Sacramenti erectum in honorem Francisci Sfondrati, qui obiit an. MDL.

FRANCISCVS SFONDRATVS HIC QVIESCIT, BAPTISTAE ILLIVS F. QVI ET SENATOR ET CONSILIARIVS LVDOVICI SFORTIAE VALDE FVIT CLARVS OB MVLTAS NOBILES LEGATIONES, QVAS MISSV IPSIVS OBIIT AD OMNES ET REGES ET ILLVSTRES RESPVBCLICAS. HIC COMES LITORIS LARII AD ORIENTEM VERGENTIS. BAROQE ASINAE VALLIS OB EGREGIAM FIDEM PRVDENTIAMQVE IN REPVBICA ADMINISTRANDA, ET OB ADMIRABILEM INTELLIGENTIAM JVRIS, A CAROLO ALLOBROGV M DVC ESENATOR CREATVS EST, POSTEAQVE A FRANCISCO II. IN SVBRIVM DVCE IN ORDINEM SENATORIVM MEDIOLANI ADSCRIPTVS, IN EA DIGNITATE A CAROLO V. IMPERAT, CVM IN IPSIVS DITIONEM CIVITAS REDISSET, RETENTVS FVIT, AVTVSQVE CONSILIARI GRADV. MORTVAQVE VXORE ANNA VICECOMITE LECTISSIMA FOEMINA, AB EODEM SVMMA CVM POTESTATE SENAS MISSVS EST VT EORVM REMPVB. DISCORDIIS VEXAM CONSILIO SVO REGERET, A QVIBVS OB EGREGIA IPSIVS MERITA, ET CIVITATE DONATVS EST. PATER PATRIAE APPELLATVS, POSTEA ROMAM A PAVLO III. PONT. MAX. EVOCATVS, IN GERMANIAM PAVLO POST MISSVS

FVIT, AB EO DEMQVE IN AMPLISSIMVM CARDINALIVM ORDINEM COOPTATVS, AD CAROLVM V. IMP. MAGNIS DE REBUS LEGATVS EST ORNATVS DEMVM A SAPIENTISSIMO ACERRIMIQVE JVDICII SENE OMNIBVS HONORIBVS, QVIBVS SVMMI ANTISTITIS PERSONA DECORARI POTEST, MORTEM OBIIT ANN. M. D. L. CREMONAE PATRIAE EPISCOPVS. NICOLAVS, ET PAVLVS EXIMIA PIAETATE PRAEDITI FILII HOC MONVMENTVM P. P. VIXIT ANNOS LVI. MENS. IX. ET DIES VII.

Vide Monum. LVII. pag. 160. lin. 18.

MONUMENTVM LVIII.

FEDERICO . CAESIO S. R. E. CARDINALI . PORTVENSI
QVI . HOC . SACELLVM . ET . ALTERVM . IN . AEDE . D . MA
RIAЕ . PACIS . ET . TEMPLVM . D . CATHARINAЕ . VIRGI
NVM . MISERABILIVM . ANGELVS . CAESIVS
PATRVO . OPTIME . MERENTI . POSVIT
VIXIT . ANNOS . LXIV . MENSES . VI . DIES . XXVII
OBIIT . QVINTO . KAL . FEBRVARII . MDLXV.
Exstat Romae apud S. tam Mariam Majorem.

Vide Monum. LVIII. pag. 161. lin. 18.

MONUMENTVM LIX.

In arca erecta a S. P. Q. R. in ipsis Pontificatus auspiciis Gregorii XIV.
duplex hac inscriptio legebatur

OPT . PRINCIP . GREGGORIO . XIV . P . M .
AB . INEVNTE . AETATE
PER . GRADVS . VERAE . SAPIENTIAE
PIETATIS . BENEFICENTIAE
CAETERARVMQVE . VIRTVTVM .
AD . APOSTOLICI . FASTIGII . GLORIAM . ET
MAIESTATEM . EVECTO
OB . FAVSTA . SACRI
AVGVSTIQVE . PRINCIPATVS . INITIA
ET . NON . DVBIAM . SPEM
RERVM . MAXIMARVM
REIPVBLCAE . CHRISTIANAE . OBLATAM
S . P . Q . R .

FORNICEM . TRIVNPHALEM
PRO . TEMPORE . EXCITAVIT
M D X C.

GREGORIO . XIV . PONT . MAX .

OB . EGREGIA . ET . FELICIA . PONTIFICATVS . AVSPICIA
PRISTINA . MVNERA . ET . BENEFICIA . CAPITOLIO
RESTITVTA . CIVITATEM . EGESTATE . ATQVE . ANNONA
LABORANTEM . LIBERALITATE . SVBLEVATAM
IN SIGNIBVS . EJVS . VIRTVTIBVS
S . P . Q . R .

Vide Monum. LIX. pag. 163. lin. 19.

MONUMENTVM LX.

Quod extat Cremonae in Cathedrali Ecclesia ad Altare S. Petri ex nigro marmore.

CAESARI SPECIANO EPISCOPO CREMON. VIGILANTISSIMO
NOBILITATE, DOCTRINA, REBUS GESTIS CLARISSIMO, QVI
A. B. CAROLO CARD. S. PRAXEDIS PRO CAVSA PUBLICA
MISSVS, CVM MINOR HONORES ANTE MERITVS ESSET. ET
ADEPTVS, EPISCOPVS NOVARIAE A GREGORIO XIII. PONTI-
FICE MAX. CREATVS EST: MOX NVNTIVS AD PHILIPPVM II.
HISPAÑARVM REGEM A SIXTO V. LEGATVS TVM A GRE-
GORIO XIV. SIBI HOC EPISCOPATV SVFFECTVS. NVNTIVM
ITEM CLEMENTIS VIII. JVSSV APVD RODVLPHVM II. IMP.
EGIT. QVIBVS MVNERIBVS SVMMA FIDE, PRVDENTIA, CON-
STANTIAQVE PERFVNCTVS; CVM SE SVAMQVE INDVSTRIAM
PONTIFICIBVS MAX. AC PRINCIPIBVS; TVM RELICIOSIS
LIBERALITATEM, VIRTVTESQVE OMNES OMNBVS PROBA-
VIT. DE VTRAQVE ECCLESIA BENEMERITVS, EPISCOPIIS
AMPLIFICATIS, TEMPLIS ARGENTO, PRETIOSAQVE SVPPE-
LECTILI EXORNATIS. DE CREMONENSI PRETEREA SACRA-
RIO FVNDIS DONATO, SEMINARIO AEDIFICATO, NOVIS RE-
LIGIOSORVM VIRORVM, AC FOEMINARVM ORDINIBVS IN
VRBEM INDVCTIS; QVI DENIQVE COLLEGIVM SOCIETATI
JESV IN AVITA DOMO REDEMPTA, ALIISQVE CIRCVMJA-
CENTIBVS COLLOCATVM, VT INCHOATVM TEMPLVM PER-
FICERETVR, INSTITVIT HEREDEM; ET AMPLIORIBVS DI-

GNVS, AC PROXIMVS HONORIBVS, MAJORA MEDITANS IN
COMMVNE BONVM, ANNIS LXVIII. GRAVIS, DEFLETVS AB
OMNIBVS CESSIT E VITA XII. KAL. SEPT. MDCVII. IDEM
COLLEGIVM HERES, GRATA MEMORIA PARENTIS OPTIMI
BENEVOLENTIAM, ET FVNDATORIS MERITA PROSEQVENS,
AD PERENNITATEM POSVIT.

Ad Tumulum vero hoc Epitaphium positum
CAESARI. SPECIANO. EPISCOPO. CREMONAE. PAREN-
TI. OPTIMO. ET. FVNDATORI. COLLEGIVM. SOCIETATIS
JESV. HERES. POS. OB. XII. KAL. SEPT. MDCVII.

Vide Monum. LX. pag. 164 lin. 25.

MONUMENTVM LXI.

Quo continetur elogium Pauli Cardinalis Sfondrati eidem eructum Romae
ab Executoribus testamentariis in templo S. Caecilie Virginis et
Martyris.

PAVLO . SFONDRA TO . CARDINAL . EPISC . ALBAN .
GREGORII . XIV . FR . FIL . BONON . LEGATO
SIGNATVRÆ . JVSTITIAE . PRAEFECTO
CREMONEN . PRAESVLI . PIETATE . IN . DEV M
DIVOSQVE . ANIMARVM . STVDIO
CHARITATE . IN . PAVPERES . PLANE . MEMORANDO
QVOD . S . CAECILIAE . CORPV S
IN SIGNI . SEPVLRCRO . LVMINIBVS . AD . CENTVM
PERPETVO . COLLVCENTIBVS . TERRESTRI . PROPE . COELO
DECORAVIT
TEMPLVM . EXORNATVM . SACERDOTIBVS
MINISTRIS . PRETIOSIS . VASIS . ET . RELIQVIIS . AVCTVM
HEREDEM . EX . ASSE . RELIQVIT
QVODQVE . OMNEM . EJVSMODI . RERV M . MEMORIAM
VIVENS . REPVLT
DEMORTVO . ANNO . AETATIS . LVII .
ODOARDVS . CARD . FARNESI VS . AVGVSTINVS
PANICELLVS . SENEN .
TESTAMENTARII . EXECVTORES

P . P .

Vide Monum. LXI. pag. 166. lin. 25.

MONUMENTVM LXII.

Quo continetur Series rerum gestarum Pauli Cardinalis Sfondrati in inventione ab eo facta Romae Sacri Corporis S. Caeciliae Virginis et Martyris.

N. 1.

In loculo de foris in Lydio Lapide, qui oram ejus inferiorem attingit ejusmodi legitur Epigraphe:

PAVLVS T. T. S. CAECILIAE. EN TIBI SANCTISSIMAE VIRGINIS CAECILIAE IMACINEM QVAM IPSE INTEGRAM IN SEPVLRCO JACENTEM VIDI EANDEM TIBI PREORSYS SITV HOC MARMORE EXPRESSI.

N. 2.

In Arca argentea magni pretii ad corpus Virgineum Divae Caeciliae collocatum CLEMENS VIII. ROMANVS PONTIFEX hæc verba incidi praecepit :

CORPVS. S. CAECILIAE. VIRGINIS. ET. MARTYRIS. A. CLEMENTE. VIII. PONT. MAX. INCLVSM ANNO MDIC. PONT. VIII.

N. 3.

In eadem Area argentea in lamina rei gestae series his verbis expressa est :

HIC REQVIESCIT CORPVS CAECILIAE VIRGINIS ET MARTYRIS A PASCALI I. PONT. MAX. IPSA REVELANTE REPERTVM ET IN HANC ECCLESIAM TRANSLATVM, ET SVB ALTARI VNA CVM CORPORIBVS S. S. MARTYRVM LVCI, ET VRBANI PONTIFICVM, NEC NON VALERIANI TIBVRTII, ET MAXIMI RECONDITVM, ITERVM POST ANNOS FERE OCTINGENTOS CLEMENTE VIII. PONTIF. MAX. CVM IIDEM S. MARTYRIBVS LVCEM ASPEXIT DIE XX. OCTOBRI ANNO DOMINICAE INCARNATIONIS M.D.XCIX, CVJVS S. VIRGINIS CORPVS PRAEDICTVM D. N. PAPA CLEMENS VETERE LIGNEA CAPSA, IN QVA JACEBAT ARCENTEA INCLVSA INTACTVM, IMMVTATVMQVE HOC EO- DEM LOCO, IN QVO FVERAT COLLOCATVM POST PERACTA MISSARVM SOLEMNIA MAXIMA CVM DEVOTIOINE, ET LACRYMIS TOTO SPECTANTE POPVLIO REPOSVIT XXII. NOVEMBERIS, IPO FESTO VIRGINIS, ANNO MDXCIX. AD CVJVS LATVS IN ALIA SEORSYM CAPSA PRAEDICTI TRES

MARTYRES VALERIANVS, TIBURTIVS, ET MAXIMVS RE-QVIESCVNT NEC NON SVB IPSO VIRGINIS CORPORE IN ALIA SIMILITER ARCA PRAEDICTI MARTYRES AC PONTIFICES LVCIVS, ET VRBANVS, PRO VT A PASCHALI I. P. P. OMNES IN IIS CONDITI SVNT.

EGO PAVLVS TIT. S. CÆCILIÆ S. R. E. PRESBYTER CARDINALIS SFONDRATVS, CVI LICET MISERRIMO PEC-CATORI PRAEDICTA CORPORA, QVAE DIVTVRNITATE TEMPORIS FERE IN TENEBRIS JACEBANT, INVENIRE, ET VIDERE, ET VENERARI A DEO OPT. MAX. DATVM EST MEMORIAM HANC LITERIS CONSIGNAVI.

Vide Monum. LXII. pag. 167. lin. 16.

MONUMENTVM LXIII.

Recognitio facta a Joanne Baptista Brivio Episcopo Cremonen. Sacri Corporis Sancti Homoboni, quod in Ecclesia Cathedrali aservatur.

SANCTI HOMOBONI CORPVS ASSERVATVM IN ECCLESIA CATHEDRALI CVM ESSET SOLEMNITER TRANSFERENDVM DILIGENTER INSPECTVM FVIT ET CVM NON EXIGVAM PARTEM OSSIVM DEESSE COMPERTVM FVERIT EGO JOANNES BAPTISTA BRIVIVS EPISCOPVS PROBABILITER CRE-DENS EA RECONDITA ESSE IN HAC VRNA MARMOREA ILLAM HYMILITER APERVI OSSA INVENTA RECOGNOSI RECOGNITA MAGIS HONORIFICE REPONI JVSSI ACCEDENTIBVS ENIXIS PRECIBVS ILLVSTRIVM AC PIORVM VIRO-RVM HIERONYMI TROMBONI PRÆPOSITI CLAVDII CROTTI RAPHAELIS SCHITII PAVLI MADII ET JACOBI ANTONII ALII CONSORTIVM REGENTIVM QVORVM HONESTO AC PIO DESIDERIO SATISFACERE CONGRVVM DVXI AN 1614 DIE II. MENS. NOVEMBRIS PAVLO V. PONT. MAX. MATTIA I. IMPERATORE PHILIPPO III. HISP. REGE.

Ex libro Fairani Inscriptiones Cremonenses pag. CCCXVIII.

Vide Monum. LXIII. pag. 169. lin. 6.

MONUMENTVM LXIV.

Recognitio facta a Joanne Baptista Brivio Episcopo Cremonensi Sacri Corporis Sancti Imerii Civitatis Patroni Episcopi et Confessoris.

Anno Domini M. DC. XIV. die septima junii Corpus Sancti Himerii Episcopi, et Confessoris, ac Civitatis Patroni solemni apparatu in hac Arcula conditum est per Illustrissimum, et Reverendissimum D. Joannem Baptistam Brivium Cremonae Episcopum.

Ex libro Merula Sanctuarii Cremona pag. 282.

Vide Monum. LXIV. pag. 169. lin. 12.

MONUMENTVM LXV.

Extat in Ecclesia Cathedrali ad Cornu Euangeli Altaris S. Petri, e regione Sepulcri Cesaris Speciani.

PRIMOGENITO MORTVORVM DEO HIC IN REGENERATIONE
VIVIFICANDVS

REQVIESCIT PETRVS CARDINALIS CAMPOREVS
EPISCOPVS CREMONENSIS
SIDVS PACIS CAESARI SVO TVMVL
VT ANIMO PROXIMO SPECVLVM POSTERIS HERED.

Ejusdem Camporae Elogium

R. R. D.

INSPICE QVAM BREVI LOCVL CLAVDITVR
AMPLISSIMVM DECVS
ALVMNO FELICITATIS SEMPER MAXIMO
PETRO CARDINALI CAMPOREO HIC LAPIS
INSCRIBITVR
QVI CAESARI SPECIANO APOSTOLICAЕ SEDIS NVNTIO
AD PHILIP. II. HISPANIAVM REGEM PRIMVM
TVNC AD RODVLPHVM CAESAREM
ARCANORVM SECRETARIVS
TALEM SE PREBVT EVM VT REX PRVDENTISSIMVS
SVAE VOCIS PRAECONIO LAVDATVM
AC REGIA PENSIONE AVCTVM DISCESSERIT
CAESAR NOBILITATIS PRIVILEGIO
ET AQVILAE SIT PARTICIPATIONE DIGNATVS
PAVLVS V. PONT. MAX.

SVAE SVORVMQVE DOMVI PRAEFECIT
 SANCTI SPIRITVS COMMENDATARIVM DIXIT
 SACRA DEMVM PVRPVRA DECORAVIT
 IN CVJVS LOCVM OMNIVM PENE VOCE SVFFECTVS
 AC SOLIVM TENENS ERECTIOR
 ET SVBLIMIOR APPARVIT QVIA NON SEDIT
 ANMI MAGNITVDINE
 MODERATIONE AC TRANQVILLITATE ADMIRABILI
 A GREGORIO XV.
 ECCLESIAE CREMONENSIS EPISCOPVS DATVS
 TAMQVM SIDVS PACIS ILLVXIT SINE OCCASV PERVIGIL
 POST VICENARIAM CVSTODIAM MITISSIMVS
 OMNIVM PASTOR
 QVI VIRTVTI SVAE SVPPEDANEAM FORTVNAM FECERVNT
 ISTIC SIBI SI RESPICIS SVPPEDANEVM SE PRAEBET
 NE JACENTEM PVTARES QVI NVMAM JACVIT
 SED QVASI MORTE DEVICTA
 TRIVMPHVM CORONATVS TVLIT
 VNIVERSA PARENTANTE CREMONA
 ABIIT VNDE NONAGENARIVS PRID. NON. FEB.
 ANNO MDCXLIII.
 PATRVO OPTIMO AC MERITISSIMO
 POSVERVNT HEREDES .

Vide Monum. LXV. pag. 170. lin. 9.

MONUMENTVM LXVI.

Ex Monum., quod extat Cremonae in Cathedrali Ecclesia.
 PETRO
 ISIMBARDO
 AVIS . ET . MERITIS . PARI
 E . SACRO . CARMEO
 AD . CREMONENSEM . ECCLESIAM
 EDVCTO
 ZELI . FLAMMIS . QVAS . AB . ELIA . SVO
 ACCENDIT
 IN . TRIVMPHALEM . CVRSVM . SIBI

FORMATIS

V . KAL . OCTOB . MDCLXXV . COELOS

IN VECTO

MARCHIO . D . PETRVS . ISIMBARDVS . DOLENS . NEPOS
PEREN . AMO . MON .*Vide Monum. LXVI. pag. 171. lin. 7.*

MONUMENTVM LXVII.

Monum. quod extat Cremonae in Cathedrali Ecclesia .

D . AVGSTINV S . ISIMBARDVS

EX . ABBATE . CASSINENSI

EPISCOPVS . CREMONENSIS

SEDE . DIGNISSIMO . FRATRE . VACVA

PARIBVS . MERITIS . IMPLETA

GENERIS . ET . ORDINIS . NOVVS . PHOENIX

CINERIBVS . IN . HAC . VMTRA . RELICTIS

IN . OCCIDVV M . VOLAVIT . AD . SOLEM

IV . NONAS . JVN . MDCLXXXI.

Vide Monum. LXVII. pag. 171. lin. 16.

MONUMENTVM LXVIII.

Ex Monum. quod extat in Sacello SS. Sacramenti Cathedr. Eccles. Cremonae.

D . O . M

ALEXANDER . CRVCEIVS . MARCHIO

MLNI . NOBILITATEM . VETVSTISSIMAM

LEGVM . LAVREAM

SVPREMAE . CANONICAE . PRIMATVM

HABVIT

ROMAE . SVM . PONT . PRAELAT . DOMESTICVS
ADFVIT

CREMONAE . ANNIS . VII . EPISCOPVS . PRAEFVIT

LABORE . INVICTVS . MORBO . DEVICTVS

ANNO . AB . ORTV . DNI . MDCCIV . A . SVO . LII
DIE . XXIII . SEP .

VITA . DECESSIT . NE . DECEDAT . MEMORIA

ABBAS . D . JACOBVS . C . R . L . ET . EDWARDVS
VRB . MIL . DVX . FRATRES . MOESTISS .

P .

Vide Monum. LXVIII. pag. 172. lin. 17.

MONUMENTVM LXIX.

Monument., quod extat in atrio superiori Episcopii Cremonensis.

CAROLVS . OCTAVIANVS . GVASCVS

PATRICIVS . ALEXANDRINVS

AB . INFVLA

REGIO . IMPERIALIS . PRAEPOSITVRAE . SCALENSIS

AD . PATRIVM . EPISCOPATVM . AB . INNOC . XII . DEINDE

AD . CREMONENSEM . CLEM . XI . DIGNE . PROMOTVS

VIR . INTEGERRIMVS . PASTOR . VERE . EVANGELICVS

VT . DEO . ET . GRÉGI . SVO . PERPETVO . VIGILARET

BONA . SVA . VIVENS . ET . MORIENS

DIVINO . CVLTVI . ET . VIRTVTIBVS . FOVENDIS . DIGAVIT

DVAS . QVOTIDIE . MISSAS . SEMINARIO . ALEXANDRINO

VNAM . ECCLESIAE . MONIALIVM . S . MONICAE

HVJVS . CIVITATIS

ALTERAM . SACELLO . DOMVS

PRO . EXERCITIIS . SPIRITVALIBVS . AEDIFICANDAE

ARGENTEOS . MILLE . CATHEDRALI . ALEXANDRINAE

TOTIDEM . DEIPARAЕ . PROPE . CARAVAGIVM

TRÉCENTOS . SVPER . MILLE

PONTIFCALEMQVE . SVPELECTILEM

SACRARIO . HVJVS . CATHEDRALIS

DVCATORVM . VIGINTI . MILLIA

AD . EXERCITIORVM . DOMVM . PERFICIENDAM

ORNANDAM . REPARANDAM

AD . MISSAM . ET . EXERCITIA . SPIRITVALIA . PROMOVENDA

ARGENTEA . VASA . IN . MISSAS . ET . ELEEMOSINAS

CONVERTENDA

PECVNIAS . PLVRIMAS . PIIS . AEDIBVS . RELIGIOSIS . FAMILIIS

CONDVCTORVM . ET . MASSARIORVM . COLONICA . SVBSIDIA

A . I . C . JOSEPH . M . BRESCIANO . DESCRIPTA

DIE . X . SEPT . MDCCVIII .

EPISCOPALI . MENSAE

LEGAVIT . MANDAVIT . RELIQVIT

OB . XI . KAL . DECEMBR . MDCCVII . AETAT . SVAE . LXVIII .

Vide Monum. LXIX. pag. 173. lin. 2.

MONUMENTVM LXX. N. 1.

In quo continentur Synodales constitutiones a Venerab. F. Ant. Maria Archiepiscopo Naupactensi promulgatae juxta sacrorum Canonum instituta, ac Tridentini Concili mandata.

Benedictus Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam Benedictionem. Synodales Constitutiones a Fraternitate tua promulgatas, et Typis editas libentib[us] quoque animo accepimus tuo nomine Nobis oblatas a Venerab. Fratre Antonio Maria Archiepisc. Naupactensi, benignitati nostrae insignibus meritis commendato; sicutque Nobis jucundissimum, quod sacrorum Canonum institutis, ac Tridentini Mandatis alacri studio obsecutus, salutarem Synodorum operam, aliquandiu istic intermissam, revocaveris, atque ad Ecclesiaz tibi credita firmandam, augendamque disciplinam pastorali zelo, sapientiaque contuleris. Laudes igitur Fraternitati tuae pro saluberrimo, tuaque vigilantia digno consilio meritas reddianus, Pastorum Principem obsecrantes, ut ad coledam vincam istam, curandamque animarum salutem nova tibi tribuat incrementa virtutis, et solicitudini tuae parem mercedem largiatur. Dum autem propense voluntatis tibi rebus ipsis declarandæ occasione evenire cupimus, Fraternitati tuae Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus. Dat. Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die XXX. Septemb. 1728. Pontificatus Nostri anno quinto.

In calce = C. Archiepiscopus Emissenus.

A tergo = Ven. Fratr. Alexandro Mariz Episc. Cremonen.

MONUMENTVM LXX. N. 2.

Quod extat Cremonae in pariete Ecclesiaz Cathedralis B. V. Mariae a Populo cum ejus protome ex marmore.

ALEXANDER . LITTA . PATRITIVS . MEDIOLANENSIS

TER . DENOS . VLTRA . ANNOS

CREMONAE . EPISCOPVS

IN . OMNIBVS . PAR . SIBI . IN . ABDICANDO . MAJOR . SE . IPSO

DELECTO . EX . CREMONAE . PATRICIIS . SVCCESORE

ARCHIEPISCOPVS . NAVPACTI . ELECTVS

EMERITVS . SENEX . AETERNA . COGITANS

EXIMIVS . DEIPARAE . CVLTOR . CREMONENSIVM . AMATOR

QVOD . SVI . RELIQVVM . ERAT

HIC . DEPONENDVM . JVSSIT
 VIXIT . ANNOS . III . SVPRA . LXXX.
 OBIIT . IV . NONAS . MARTII
 MDCCLIV.

Humi vero
 DILECTVS . DEO . ET . HOMINIBVS
 ALEXANDER . LITTA
 ARCHIEPISCOPVS . NAVPACTI.

Vide Monum. LXX. pag. 173. lin. 25.

MONUMENTVM LXXI.

*Monument. quod extat in Sacello B. M. V. de Populo nuncupatae in
 Templo Majori Cremonae.*

D . O - M .
 ET . MEMORIAE . AETERNAE
 IGNATII . MARIAE . FRAGANESCHI
 PATRICII . ET . EPISCOPI . CREMONENSIS
 ANNOS QVATERDENOS
 DIOECESI . PIE . SANCTEQVE . ADMINISTRATA
 DEIPARAE . CVLTORIS . EXIMII
 PATRIS . PAVPERVM . SACRORVM . VINDICIS
 DE . ECCLESIASTICIS . DE . CIVIBVS . OPTIME . MERITI
 MARCH . JOANNES . BAPT . FRAGANESCVS . D . FRATER
 QVI . CVM . EO . FVIT . VNO . ANIMO . AMORE . PERPETVO
 MOESTISSIMVS . HOC . SIGNVM . CVM . TITVLO
 INFIXIT
 OBIIT . XVII . KAL . SEPT . AN . MDCCXC . AET . LXXX.
Vide Monum. LXXI. pag. 174. lin. 22.

ERRORES

CORRECTIONES

Pag. 22 lin. 18	980.	- - - - -	986.
" 25 "	25	DCCCXXCI.	DCCCXXCII.
" 59 "	24	anno MIV.	anno MVII.
" 63 "	3	que - - - - -	quam
" 73 "	18	habendæ - - - - -	habeas
" 80 "	21, et 25	Presbiteri - - -	Presbyteri
" 112 "	14	omissa fuit citatio Monum. XLI.	
" 130 "	4	Rayneri - - - - -	Raynerii
" 146 "	19	Pastore, esset - - - - -	Pastore esset,
" 154 "	2	celebr. - - - - -	celebri
" 169 "	26	egregio - - - - -	egregie
" 170 "	9	Monum. LXII. - - - - -	Monum. LXV.
" 197 "	36	maerentibus - - - - -	moerentibus
" 256 "	12	Muratorio - - - - -	Muratorii
" 262 "	19	operis albergarius - - -	operas albergarias
" 263 "	14	consiglio - - - - -	consilio
" 264 "	5	consiglio - - - - -	consilio

Notandum autem ultimo loco quoad errores typographicos, qui in hac serie irreperunt, me nihil immutasse, sed eosdem pro ut jacent in originali retinuisse, quod fidei facienda causa dictum sit.

Liber iste salvis legibus in lucem emissus fuit.

KONSERViert DURCH
ÖSTERREICHISCHE FLORENZHILFE
WIEN

005645615



